









1.
2.
3.
36
4.
4.
5.
6.
7.



1699.

1. Bodinus, Henricus: De eo quod fit in continentis.
- 2^{a, b} Bodinus, Henricus: De expensis victoriae non praestantibus.
- 3^{a, b} Bodinus, Henricus: De philanthropo vulgo cum Ma'cello. Gelle.
- 3^b Bodinus, Henricus: De philanthropo. Von Ma'cello. Gelle.

Rei. 1748.

- 4^{a, b} Bodinus, Henricus: De jure reunivendi pertinentias. Gelle.
- 4^c Bodin, Henricus, De: De jure reunivendi pertinentias.
- 5^{a, b} Bodinus, Henricus: De illicita a principibus protestantibus provocazione in causis ecclesiasticis.

2 Sampl. 1699 et 1714

- 6^{a, b, c} Boetius, Justus Henningius: De testamento non praescripto.

3 Sampl.

- 6^d Boetius, Justus Henningius: De testamento & non praescripto.

7. Brunnermann, Zacharius: Delibata juris publici.

8. Buddeus, Jo. Franciscus: De cultura ingenii.

8d. IV. 1729.



- Nr. 9 scheint bei der Zählung
ausgefallen zu sein
- 9 — — — — —
10. Cellarius, Christophorus: De poenitentia in contractibus
innominatis. 17
11. Hoffmannus, Fridericus: Disputatio . . . medico-prae-
tica tradens historiam variolarum epidemice Halae
granaticorum. 18
12. Hoffmannus, Fridericus: De regimine praegnantium
13. Hoffmannus, Fridericus: De terebinthina. Rec. 1730
14. Reiche, Joannes: De jure colossorum.
15. Stahl, Georgius Augustus: Praelexio inaug. de sterilitate pro
miarum pro aetate (as 1709) inaug. Georgii Davidi Kochertii inobedi-
- 16^a = Styrkier, Jo. Samuel: Gottfried Antonii Disputatio feudalis
XIV de personis iudicii feudalis, quam cum Corollaris
ex jure publico ad ductum tribuit. . . Dr. de Aley. . .
placidae Disquisitioni submittit.
- 16^b = Styrkier, Jo. Samuel: Gottfried Antonii . . . Disputatio
feudalis XV de processu feudali, quam cum Corollaris ex jure
Publico et duobus Institut. . . Dr. de Aley. . . placidae



Dissertationi . . . submissa .

17. St. Strigius, James Samuel: *Disputatio juris publici* . . .
exhibens Aeneae bullae controversias potiores . . .
2 Impt. 1699 et 1706.
18. Strigelius, Johannes Samuel: *De vasallo et si ipso necio*
quoad Dominum .

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



V. 63. n. 19.
769918
12

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
**EO, QVOD FIT
IN CONTINENTI,**

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
MARCHIONE BRANDENBURGICO, ELECTORATUS
HEREDE, &c. &c.

EX DECRETO ET AUTORITATE INCLYTÆ
FACULTATIS JURIDICÆ,
PRÆSIDE
DN. HENRICO BODINO,
SERENISS. ET POTENTISS. ELECT. BRANDENB. CONSIL. EC-
CLES. IN DUC. MAGDEB. ET PROF. JURIS ORD. p. r. PRO-
RECTORE MAGNIFICÒ, ET FACULT. JURID. DECANO,
PATRONO SUO DEVENERANDO,

**PRO LICENTIA
SUMMOS IN IURE HONORES ET PRIVILEGIA**

Doctoralia legitime consequendi,
d. Novembr. MDCXCIX. horis ante & pomeridianis,
Publicæ & Solenni disquisitioni submittit

JOHANNES CONRADUS CLAR,
Mindanus.

RECUSA HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Litt. CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1715.

voce
ex in-
inuti-
rece-
are li-
appel-
st fen-
pran-
5 2.
rum,
sonali
execu-
quam-
n pe-
i de-
de
jure
ia, vel
L. 2. §
es pe-
datur
niatur
iam
7. leg.
leg. di-
4. leg.
me §. 11
habet
1. 25. pr.
et.



IN CONSTITUTIONE
BO. C. V. O. D. H. T.

DAVID RICHARDSON
MILITIAE
MAGISTRUS

IN TERRIS BOHEMIAE
MAGISTRUS

PRO LICENTIA
MAGNOS IN LITERIS HONORES ET PRIVILEGIA

JOHANNES
MAGISTRUS



PRÆFAMEN.



Nomni re, quid aptum

& consentaneum tempori fit, considerare nos jubet Cic. *Orat. in Brut.* præprimis verò hoc usu venit in negotiis civilibus, quando a ad Justitiæ stateram examinanda sunt, siquidem qualitate tempo-

ris res mutantur *c. ab exordio 2. dist. 35.* & juxta varietatem temporum variantur etiam jura & actiones *L. apud antiquos 21. vers. & sic ex tempore C. de furtis.* Unde tempus alicui rei præfixum est de formâ ipsius rei, adeo ut forma dicatur servata, si tempus observetur *L. scire oportet 13. §. 4. ff. de excusat. Tutor.* ad tempus enim concessum, censetur post tempus esse denegatum *L. 27. §. 1. ff. de pact.* & irrequies est tempus ac ex numero eorum, adversus quæ *tit. ff. de fugit.* insurgit, cujus licet ad omnes nostros actus vel maxime indigi simus, nullis tamen retinaculis motus ejus coerceri, nec semel elapsum, quamvis enormissime læsi simus, per panaceam restitutionis in integrum revocari potest, igitur provide illud attendamus oportet. Sunt enim diversa tempora præscriptionum, tam rerum, quam jurium & actionum, quæ passim momento, horis, diebus ac annis terminantur. Sane actiones humanas ad certa adstringendas esse tempora ipsa svadet ratio, paratum siquidem litium abbreviandarum hoc remedium est, ne

dicam, circumstantiam temporis actionem sæpe vel bonam vel malam reddere, ita ut pœna delicto debita expiret. Hinc fur nocturnus ab eo, cujus res abstulit, certis requisitis concurrentibus licite occidi potest, tam de jure divino quam humano. *Exod. 22. v. 2. 3.* Schneidew. *ad S. injur. n. 6. Inst. de L. Aquil.* Sic quoque in civilibus, utut rem alienam possidens obstrictus sit de jure Nat. domino suo eandem restituere; si quis tamen tempore lege definito, bona fide & justo titulo eam possederit, rem suam facit, adeoque eam restituere non tenetur. Cum vero inter tempora in jure definita etiam illud, quod sub voce IN CONTINENTI venit, varios producat effectus, dum multa in continenti facta tenent, quæ ex intervallo facta non subsistunt, inde in præsentem Difert. huic materiæ operam navabimus. Si tamen partibus meis, uti decebat, haud sim functus, imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest, hoc B. L. adscribes, nec etiam librorum, qui materiæ huic adhuc inservire potuissent, copia dari potuit. De cetero ad Te, Summum Numen, supplices defero preces; benedicas huic labori, adfis conatibus, cœpta secundes, quo cedant in sempiternam Nominis Tui gloriam.

CAPUT I.

Tradit generalia dictionis in continenti.

Grammaticis non solum, verum etiam Jctis verborum Derivationem atque explicationem curæ esse *1. ff. & C. de V. S.* testantur abundè. Rerum enim Intelligentia à verborum intellectu dependet Gell. *L. 13. c. 10.* ex quorum notione inducimur in cognitionem rei. Donell. *ad rubr. de Condict. Tritic.* n. 2.

n. 2. *Comment.* 6. Igitur operæ pretium erit, circa notationem *Etymologia.*
nominis, antequam ad rem ipsam accedamus, quædam in me-
dium proferre. Quamvis vero dictio *in continenti* adverbiali-
ter, Autoribus Clasticis familiaris non sit, Jctis tamen sæpius
verb. hoc usurpatum invenias & constat ex *in & continenti*,
ita ut subintelligatur aliquid, utpote in continenti actu & ex
continenti actus, siquidem alias continens, quando simplici-
ter ponitur, significat terram, quæ à mari nusquam dividitur,
qs. terra continens i. e. continua & sine intervallo, vulgo, Ter-
ra firma ad differentiam Insulæ, quæ mare discriminat à conti-
nenti conf. Vulp. in *L. notionem §. continentes ff. de V. S.* Hinc
apparet, quod Dd. rectam huic dictioni *in continenti* assignent
Etymologiam, dicentes: in continenti i. e. qs. in actu simul se-
tenenti, ut idem sit fieri aliquid incontinenti ac uno contextu.
Fieri autem uno contextu quid dicitur, quando fit continua-
to tempore aliquo, & nihil aliud intermiscetur, ut in *L. cum an-
tiquitas 28. C. de Testam. & in L. continuus 137. pr. ff. de V. O.*
Si enim alienus & extraneus actus interveniat, non posset dici
factum eodem contextu, nisi tamen talis actus esset momen-
taneus *arg. text. in L. quæ extrinsecus 65. ff. de V. O.* ubi si quis
interrogatus, an promittat, is respondeat: *arma virumque ca-
no, spondeo*; non vitiatur stipulatio propter illa verba interme-
diata extranea & momentanea. Ut ut vero dictio *in continenti* *Synonymia.*
cum similibus. *statim, illico, confestim, mox, protinus, continuo, è
vestigio* &c. Germ. *Von stund an, ohn Verzug, gleich, stracks, als-
bald, ungesäumt, förderlichst, auf frischer That* &c. importare vi-
deatur, quod actus fieri debeat ex tunc, sine omni ulteriori
mora, nec brevi quidem temporis intervallo interposito, ad-
eque cum eo, quod in momento fit, coincidat; Bald. in *L. quo-
niam 18. C. de appellat.* Bart. Salic. & Dd. in *L. si cert. pet. non-
nunquam* tamen idem sonat, quod verbum *summarie*, ubi
non requiritur solennitas judicialis, nec exceptio aliqua altio-
rem indaginem requirens admittitur Barbof. de *Diction. Us. Homonymia*
freq. dict. 384. n. 5. hinc pro subiecta materia, quæ verborum
amulsis & canon indubitatus dicitur *L. ex conducto 15. §. Papi-*
ni-

nianus 4. sed et si ff. Locat. accipienda est de aliquo temporis
spatio, quod nec nimis breve nec nimis longum, sed tale, quod
magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi potest per
eleg. L. Rarum 13. ff. de solut. & L. mora 32. ff. de usur. conf. Co-
ler, de Proc. Execut. P. 3. c. 6. unde & Mev. P. 2. Dec. 248. in con-
tinenti facta esse dicit, quæ in termino brevi & idoneo fieri
possunt, ubi id in herede inventarium exhibente in iusto vel
congruo termino exemplificat. Sic in pactis adjectis exponi-
tur a Jctis, in ingressu contractus, vel ante contractum, vel statim
post L. 7. §. quinimo ff. de pact. L. 3. C. de edil. act. L. 21. C. de
usur. cui opponitur postea & ex intervallo d. §. quinimo & L.
27. de contr. empt. Arnold. de Reyger. Thespr. voc. dictiones n.
28. ubi juxta Interpp. pactum etiam in continenti fieri dicitur,
quod fit eodem die & loco coram Notario & iisdem Testibus.
Barbos. in Tr. de Diction. us. freq. dict. 155. n. 14. Alciat. in L. lecta
40. verb. in continenti ff. si cert. petat. per L. si apud priorem 3.
C. de edil. act. cum unus dies non sit magnum intervallum L.
si ex duob. 12. ff. de duob. reis Dd. in L. in bonæ fidei 13. C. de
pact. Tiraqv. in L. si unquam, verb. Donation. n. 101. cum seqq.
C. de revoc. donat. quod tamen intelligi debet, si non diverte-
rint ad extraneos actus contrahentes tanquam re perfecta &
absoluta Wesenb. in L. in bonæ fidei 13. n. 4. C. de pact. Denotat
quoque ut procedatur omisso omni ordine juris text. in Auth.
si quis C. ad L. ful. de adult. ibi: nulla ratione quaesita habet pu-
niendi licentiam & in L. ult. C. de Error. Advoc. L. ult. C. de jud.
trahitur ad triduum, & in continenti decedere secundum
quosdam significat, quando quis moritur antequam ei sit im-
positum nomen in baptisate quod tempus est octo dierum
Tiraqv. in L. si unquam verb. susceperint n. 167. C. de revoc. donat.
quandoque etiam admittunt decendium L. ab eo cum gloss. C.
quomodo & quando jud. Gloss. in C. Quia propter X. de Elect. &
L. 20. §. 1. de constit. pecun. Wesenb. conf. 3 n. 32. & consil. 6. n. 38. a-
lii largiuntur 15. dies arg. c. 1. de restit. Spoliat. nonnulli duos
vel tres menses ex L. 45. §. 10. L. 46. §. 4. ff. de jur. Fiste, alii cen-
tum dies, Brunn, in L. qui duos n. 6. ff. de reb. dub. etiam quatuor
men-

mens per *L. fin. C. de usur. rei judic.* Imo in materia spolii indefinite ferme in continenti explicant, ita ut etiam ultra 10. annos se extendat, de quo infra pluribus. Nos hisce missis distinguimus ab invicem casus; aut enim LL. hoc in continenti *Diviso.* determinant, aut non; si prius, iudex adstrictus est ad Leges; hac vero definitione in LL. cessante arbitrio iudicis locum esse censemus, qui intervalla temporum pro sua prudentia diligenter perpensa negotii & personarum qualitate statuere debet. Sunt enim aliqua negotia, quæ ob imminens periculum celeritatem desiderant, & ideo opus est brevem admodum terminum statuere, ut si parati essent homines ad rixam & arma, quibus iudex obviam ire debet *L. æquissimum ff. de usufr.* Sunt etiam alia negotia, quæ multum temporis requirunt, ut si ingens pecuniarum quantitas esset numeranda, quæ non nisi aliquot diebus comparari potest conf. Menoch. de *A. F. Q. lib. 2. cas. 545. Mev. P. 1. Dec. 231. n. 12. 13.* Quando igitur dicimus, quod in casibus a jure non determinatis libero arbitrio iudicis locus sit, intelligimus ejusmodi arbitrium, quod regulatum sit secundum jus commune & æquitatem add. *L. 30. de Oper. Libert.*

CAP. II.

Continet, quid circa jus Personarum in continenti operetur.

I.

Cum Personarum gratia omne jus constitutum sit, non inconveniens erit, si ab illis initium fecerimus, & quidem consideraturi Homines secundum triplicem statum, quatenus à Lege dependet. Hic vero communiter distingui solet; quod sit libertatis, civitatis & familiaris. Libertas definitur, quod sit naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut jure prohibetur. Quod vero hæc facultas Legibus circumscribi possit, hoc libertati non officit; Legum enim idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus. Cic. *pro Cluent. gibus?* Postquam enim homines se summæ potestati submiserunt, arbitrium quoque superiori in actiones suas concesserunt, ut ita san-

*Lex quando
obligat?*

tantum quisque possit, quantum à superiore Legibus non sit prohibitum. An vero Leges a promulgatione in continenti vim obligandi habeant, quæri solet? Sunt qui putant, easdem statim obligationem inducere, simul atque promulgatæ sint: actu autem ipso illos tantum sub peccato vel pœna obligare, qui ejus notitiam acceperunt vel accipere culpa sua neglexerunt; Verum hæc sententia dubia videtur, si certum spatium temporis huic obligationi præfinitum, ut in *Nov. 66. c. 1. pr. bimestre*, tunc enim notitia ante effluxum illius temporis scientem non obligat. *Svarez, L. 3. de LL. c. 18. n. 5. seqq.* Nec movet *c. 1. de postulas. Prælat.* nam textus ille solum vult, promulgationem in communi sufficere, ut opponatur hæc insinuationi, quæ singulis facienda est. *conf. Gúdelin. de F. Noviss. lib. 5. c. 2.* Bimestre vero illud spatium, de quo in *d. Nov. 66.* ad constitutiones Pontificis non pertinet, quippe quæ statim a promulgatione obligant *c. 1. de concess. Præbend. in 6. Svarez. d. l. c. 17. n. 6. seqq.* Hodie ut plurimum apponi solet in promulgationum litteris, a quo tempore legis obligatio suum initium capiat *Christin. Vol. 2. Dec 52. n. 2.* Hoc tamen singulare in Recesibus Imperii, quod hi effectum obligandi non prius quam ab Electore Moguntino S. R. J. Archi-Cancellario per Decretum commune demandatum fuit iudiciorum Assessoribus ac Advocatis, ut secundum jura Recessuum in causis orandis ac decidendis procedant. *add. Dn. de Rhetz. in Inst. J. P. lib. 2. tit. 24. n. 19.*

*Locus nati-
vitalis.*

§. II. Circa statum Civitatis observandum venit, quod natus per transitum in loco, unde mater in continenti erat recessura, sortiatur originem illius loci, ut possit frui privilegiis civium, quia in acquirenda origine attenditur veritas, non patris destinatio. *L. assumptio ad Municip.* Sic natus in regno Lusitanæ ex Patre Hispano censendus est originarius Lusitanæ, quoad privilegia naturalibus ibi indulta, etiamsi ibi fuerint parentes cum Rege non animo mutandi domicilium sed destinatione illico revertendi *Steph. Gratian. discept. for. 75. Mascard. de probat. concl. 1141. n. 6.* Alias civitates Germaniæ non patiuntur, ut quis in Urbe diu resideat, sed mox jus civitatis impetrare obstructus est. *vid. Tab. Armam p. 184. Mev. I. jur. Lub. tit. 2.*

iii

in rubr. pag. 67. quod tamen non extendendum ad eos, qui pro- *Exceptio.*
pter causam repentinam, utpote pestem, bellum aliamve ne-
cessitatem siquo confugiunt. Hi enim, quamdiu durat ne-
cessitas, ad jus civitatis recipiendum non adiguntur Struv. S. J.
C. Exerc. 50. th. 53. Solent vero civium nomina matriculæ infe-
ri, ubi ratione scholarium notandum, quod scholaris, qui statim *Scholaris*
est matriculandus, habeatur pro matriculato, ita ut non possit *statim ma-*
offendi stante statuto puniente eum, qui scholarem injuria affe- *triculandus*
cerit Angel. in L. ex eo ff. de milit. Testam. & per Alexand. in L. habetur pro
51. qui sit n. 4. ff. de juris d. Honores quod concernit, jure civili *matricula-*
& Canonico saluberrimè constitutum, quod quis non in conti- *to.*
nenti sive per saltum ad superiores dignitates debeat evēhi, sed *Promotio ad*
gradatim à minoribus ad majores pervenire L. ut gradatim II officia per
pr. ff. de munerib. & honorib. Casum enim appetit, qui ad summi *gradus, fiat.*
loci fastigia, postpositis gradibus, per abrupta querit ascensum
c. 2. dist. 43. Unde electio alicujus novitii in Abbatem, in conti- *Eriam in*
nenti facta non valet, ex intervallo verò celebrata valida est, *Ecclesia.*
nam antequam esset discipulus, voluit esse magister c. officii 38.
X. de Elect. quo etiam pertinet solenne dictum Lutheri: Ich
wolte, daß keiner zu einem Prediger erwehlet würde, er wäre dann *Abusus.*
zuvor Schulmeister gewesen. Jetzt wollen die Junggesellen von
stund an Prediger werden, &c. quæ verba Lutheri recenset
Paul. Tarnov. de Minist. Eccles. lib. 1. c. 23. qv. 1. ubi hanc
materiam de promotionibus Ecclesiasticis fusius tractat. In-
terim & apud ipsos Pontificios abusus satis conspicuus, qui
vel semel vel exiguo intervallo conferunt omnes minores or-
dines, & in illis tamen nullas functiones ministerii exercent,
quibus ad verbi & sacramentorum ministerium præparari pos-
sent Chemnit. Exam. Concil. Trident. P. 2. de Sacram. Ordin.
c. 2.

§. III. Occasione status familiæ, præ ceteris nuptiæ confide- *Ad nuptias*
rari merentur. Ad justas autem nuptias necessarium est, ut *requiritur*
consentiant, qui coeunt, quorumque in potestate illi sunt, *consensus*
Consensui vero adversatur furor affectuum; hinc si quis eo *mutuus.*
percitus matrimonium promittat, postea verò ad se rediens
ipsum

B

ipsum

*Quem im-
pedit furor
affectuum.*

ipsum promissi in continenti poeniteat, ad matrimonium con-
summandum cogi non debet, videtur enim te non pleno con-
sensu obligasse. Casus posset esse talis. Aliquis nimia ira
commotus (quod fieri potest v. g. inter fratres litigio orto, si
unus sibi persuaserit, reliquos suam optare mortem, et pro-
pterea animum applicuerit ad matrimonium contrahendum)
in ipso fervore mittit literas ad virginem, inque iis offert eidem
conditionem nubendi, quam virgo ceperat, postmodum veto
poenitet scribentem facti, quaeritur an possit resilire? sane di-
cendum videtur, si immodica ira posset probari, literas ejusmo-
di non magis obligare scribentem quam furiosum. conf. Disp.

*Quando in-
tervenire
debet Pa-
rent. con-
sensus?*

Dn. Mülleri *de Litteris Amatoriis* th. 13. Consensum parentum,
in quorum potestate liberi sunt, quod attinet, jus Romanum
adeo requirit, ut etiam praecedere debeat, utur consensus in
continenti vel in ipsius nuptiis concurrere possit, ex intervallo e-
nim rati habitio seu comprobatio superveniens nuptias ab ini-
tio non reddit legitimas, sed demum a tempore rati habitio-
nis per L. 13. §. 6. in fin. ff. ad L. Fal. de Adul. L. 68 ff. de jur. dot.
Unde liberi antea nati per rati habitio-
nem legitimi non fiebant,

*An sufficit
rati habitio
postea fa-
cta?*

*Ufus hodi-
ernus.*

*An pater
eiusam dis-
sensus ex-
primere te-
netur?*

propter defectum formalis requisiti, nimirum paterni consen-
sus, a quo tamen rigore mores hodiernos ob aequitatem reces-
sisse tradit Brunn. ad L. 5. C. de Nupt. in fin. Franzk. *Exerc. 2. qv. 5.*
n. 8. Quinimo eum hodie matrimonium inconsultis parentibus
contractum non sit ipso jure nullum, procul dubio liberi in tali
matrimonio nati etiam ante rati habitio-
nem, imo hac omnino
non accedente, jam erunt legitimi. vid. Dn. Schilter. *Exerc. ad*
D. 3. th. 12. Vultej. ad pr. Inst. de Nupt. n. 20. Et quidem hunc fa-
vorem merentur liberi innocentes. Ceterum quaeritur, an pater
si nuptiis destinatis filii consensum suum denegat, causam sui
dissensus exprimere teneatur? Equidem jure Romano Patrem
ad rationes reddendas non esse obligatum facile dixerim, cum
vi patriae potestatis resolvere possit ipsa, imo ipso jure haec
nulla sunt, propter defectum scilicet substantialis requisiti, de quo
paulo ante, quod si tamen ad perfectam aetatem perveniant li-
beri, pater vero sollicitus non sit, ut eos matrimonio jungat, a-
equitate suadente, si aliqua commoda occasio se offerat, per ma-
gi-

gistratum ad elocandos liberos compelli poterit *L. 19. ff. de Rit. Nups. Cypræus de Sponsal. c. 6. §. 4. num. 1.* Unde causis dissensus hoc casu pater reddat necessum est. Sane Seren. Elector Brandenb. in noviss. sua *Constit. de Sponsal. de ann. 1694. d. 15. Decembr.* cavit, quod si liberi invitis parentibus sponsalia contraxerint, solus hic contentus neglecti consensus parentum sufficiat, nec ullam aliam dissensus rationem parentes reddere teneantur, adeo ut hoc casu consensus parentum, a Consistorio quod personam Principis repræsentat, suppleri non debeat *d. Const. add. Dn. Joh. Sam. Stryck. diff. de confirm. Princip. c. 2. §. 16.* Et tamen dari posset casus, ubi constitutioni allata non adeo strictè inhærendum esset. Sic si aliquis procius nimis properanter matrimonium ambiens, & vel intra horæ curriculum plenum virginis consensum exposcens, hujus petitis parentibus absentibus assurgeret virgo, & sine reservatione paterni consensus contraheret, autumans, alias salutem propriam præpedire, existimarem, propter neglectum vel potius non adhibicum consensum paternum sponsalia non esse dissolventa.

Quid dicendum, si periculum in mora.

§. IV. Antequam matrimonium consummatur, requiritur *Requiritur copulandorum publica proclamatio quæ alias vocari solet mo-copulando-* *nitio* vid. *Gonzalez. ad c. 3. de clandest. desponsat. n. 7.* Item rum *proclama-* *Bannus* sive *Bannum Nuptiale* vid. *c. 27. X. de Sponsa. Germ. das mario.*

Aufgeboth der Ehelich-Verlobten: Ubi quæstio ventilari solet an *An contrahi* illa proclamatio quæ tribus diversis vicibus fieri consuevit, con- *potest, ut una* trahi possit, ita ut in continenti una pro tribus fieri possit? *pro tribus* *mativæ* ad stipulari non veremur, modo non in continenti alte- *fiat?* *ra* die copulatio sacerdotalis sequatur, alias enim hic actus esset *frustraneus, & comminatio silentii nihil operari posset, si con-* *tradicens* tempus relictum non fuerit. Hinc ratio juris civili- *lis* attendente, quod unam citationem peremptoriam pro trina *simplici* admittit, sed tunc, si trium simplicium citationum *tempus* contineat vid. *L. 69. & 72. ff. de judic. imo & c. 3. X. de* *clandest. desponsat.* competentis termini mentionem facit. De *An ejus o-* *cetero* hujus proclamationis necessitas non quidem absoluta *missi, nul-* *est* vel tanta, ut illius omisio matrimonium contractum reddat *lum reddat* *ipso* jure nullum, uti nonnulli Canonistæ existimant vid. *Jo. de matrimo-*

Avezan. de sponsal. & marrim. tit. 2. cap. 13. & Menochi. conf. 69. & conf. 398. Si enim satis constet, inter partes desponsatas nulum impedimentum vel sanguinis vel alterius desponsationis adesse, etiam sine proclamatione publica benedictionem sacerdotalem adhiberi posse, dubitandum non est. add. Sanchez. de marrim. lib. 3. disp. 9. n. 3. seqq. ubi 12. congestit causas, ob quas dispensare licet circa proclamationes istas:

S. V. Nuptiarum appendix solet esse dos, quamvis enim nuptiæ sine dote esse queant, dos tamen sine nuptiis non consistit §. 12. *f. de Nupt.* Dotis vero intuitu in continenti a die promissionis & per benedictionem sacerdotalem contracti matrimonii incipit hypotheca, licet dos non in continenti, sed postea soluta fuerit Struv. *Synt. jur. Civ. Exerc. 26. tit. 14.* Carpz. P. 2. c. 14. d. 11. Quod tamen ad augmentum dotis extendi non debet, hoc enim cum sit accessorium, quamvis eodem jure gaudeat cum dote, Auth. *quo jure C. qui por. in pign. hypotheca tacita* privilegio tamen non a tempore consummati matrimonii, sed auctæ dotis gaudet Berlich. P. 2. *Concl. 30. n. 5.* Privilegia autem dotis ut obtineant, requiritur probatio, dotem vere illatam esse, quam sola mariti confessio non conficit vid. Gail. 2. *obs. 61. n. 1. 2.* etiamsi juramento fuerit confirmata. Quod intelligendum est, quatenus vergat in præjudicium creditorum. Heredes enim mariti confessio tenebit tanquam ad factum ejus præstandum obligatos Carpz. P. 1. c. 28. d. 3. De Dotalitio quoque vom *Leibgeding*, quod in compensationem acceptæ vel promissæ dotis constitui solet, dicendum, quod ut debeat, dotis illationem prius probari necesse sit Carpz. P. 2. c. 44. d. 9. Ita ut si ex intervallo post mortem mariti dotem promissam cum usuris vidua offerat, hoc agnatis non præjudicet, mortuo enim Vasallo nulla dote constituta, feudum aperturæ proximum ad agnatos devolvitur, quo ipso jus perfectè jam quæsitum iis est, quod intempestiva dotis oblatione interverti ipsis nequit, & sibi imputare vidua debet, quod vivo marito dotem inferre non vigilaverit conf. *It. Dn. Stryk de Succ. ab intest. diff. 4. c. 2. §. 12.* Idem dicendum de eo casu, ubi res est cum creditoribus Carpz. P. 2. c. 44. d. 13.

§. VI.

§. VI. Quando vero dos promissa præstanda sit, quæri *Doris usura.*
folet? Dotem non in continenti, sed intra biennium præstari
debere, ita ut hoc elapso demum usuræ debeantur, tradit Struv.
Syns. J. Civ. Ex. 30. th. 7. per L. ult. §. 2. C. de jur. dot. quod ta-
men temperandum est ita, ut hoc tempus interpellatione ho-
minis præverti possit, atque si maritus ante petat, exinde mo-
ra contrahatur vid. Magnif. Dn. Coccej. *Dissert. de Mora th. 14.*
Cur autem extraneus levius obligetur quam pater, causam hanc
assignat Martin. Colerus in *Tr. de Alimentis l. 3. c. 5. n. 43.* quod
pater, qui dotem promisit, duplex lucrum sentiat, nempe & pe-
cuniæ non solutæ & alimentorum perceptorum: cum e contra
extraneus hoc alendi mulierem onere, quod ad eum nunquam
spectavit, non liberetur, sed solummodo pecunia in dotem pro-
missa fruatur. Ceterum dotis debitum est conditionale, si *Doris debi-*
nuptiæ sequantur; hinc si sponsa ante consummationem matri-
monii decesserit, futurus maritus dotem non lucratur. De *tionale.*
Dote vero stupratæ solvenda observandum, quod hic obligatio *Dos stuprata*
non conditionalis sed pura sit, ita ut dos in continenti debeat *statim sol-*
solvī, nec tempus nuptiarum expectandum arg. *L. unic. §. unic. vinda*
vers. five maritum nolentis accipere C. de Rapt. virg. Dotatio e-
nim hoc casu non ex promissione, aut sub certa conditione, si
mulier stuprata nupserit, sed ex dispositione juris pure debetur
cei pœna stupri, quæ ipsum delictum statim subsequitur & sur-
rogata est in locum matrimonii, quod reus cum stuprata alias
statim consummare debebat. Unde sequitur, si mulier stupra-
ta priusquam nubit moriatur, dotem hanc ad infantem vel ali-
os heredes transmitti Joach. a Beuff. in *Tr. de jur. Connub. P. I.*
cap. 29. sub fin. vers. & e contra si mater. add. Ill. Dn. Stryck. in
Nos. ad jus Eccles. Brunn. lib. 2. c. 28. §. 28. Estimationem dotis *estimatio*
quod attinet, si statim ab initio adjecta fuerit, tunc in dubio facit *dotis quan-*
estimationem venditionem, quod secus est, si ex intervallo facta fu-
it estimatio, dote scilicet jam tradita & constituta, non enim præ-
sumitur contrahens per hanc novationem priorem contractum *do facit em-*
mutare voluisse, sed causa probandi interesse, nisi interval-
lum illud sit modicum, quod quale sit judicis arbitrio deciditur
late Fontanel. *de pact. Nupt. claus. 5. gloss. 7. p. 10. n. 38.* Qui
do;

Pacta circa dotis restitutionem. dotem promisit redditionem eius, ut incontinenti sibi stipulatur necessum est, postea enim si hoc facere velit, non auditur per *L. 9. C. de Pact. Conv.* intermissa siquidem stipulatione magis donasse mulieri quam sibi aliquod jus reservasse videtur *L. unic. §. 13. C. de rei uxor. Actio.* Sic quoque pater, qui dotem dat & stipulatur, si filia in vita actionem de dote in suam personam transferre velit, debet illam vel in continenti vel ante nuptias stipulari; Ex intervallo enim nihil agit, quia deteriorem filiae conditionem in dote facere non potest per *l. 29. ff. solut. matrim.* In continenti autem hic sumendum pro tempore oblationis seu promissionis per *cit. L. 9.* seu ut alii, quamdiu contractus est revocabilis per poenitentiam.

Dotandi obligatio post repertum maritum.

§. VII. Quid vero dicendum, si dos in continenti non fuerit promissa, an nihilominus maritus a socio locuplete ex intervallo dotem congruam exigere potest? Affirmativam defendit *Gail. 2. Obs. 79. per tot.* a quo divorcium facit *Strauch. D. 3. th. 4.* quod sufficiat filiam reperisse conditionem nubendi. Enim vero hoc patrem ab onere dotandi vix liberabit, utpote cui hoc regulariter incumbit, adeo ut ad hoc a iudice etiam ex officio compelli possit. *Fontanella de pact. dotal. Tom. 2. Claus. 5. Gloss. 1. p. 1. n. 32. seqq.* De cetero parum cauti sunt, qui vetulas divites non personae sed pecuniae amore ducunt, dotem tamen sibi non promitti curant in antecessum & in continenti. Tenaces enim illae sunt plerique nec facile pecuniam marito administrandam committunt, praesertim si ipsae liberos habeant *conf. Ill. Dn. Stryck. C. C. S. 3. c. 8. §. 9.* ubi disquirat, an non tali casu marito infelici remedium quoddam superfit.

De uxore divite dotem constituere nolente.

Uxor quando divorcis se dicatur?

§. VIII. Ad contraria matrimonii spectat divorcium; hoc vero, quando mulier in continenti revertitur ad maritum, si emulationis suspicio laborare tradit *Viv. dec. 289. n. 42. arg. L. fia. ff. de Donat. int. vir. & uxor.* & mulier per iracundiae calorem misso repudio, si in continenti reversa est, divorcisse non videtur *L. Divorcium 3. de repudiis. L. 48. ff. de R. J.* adeoque nec solutum matrimonium sed idem matrimonium esse censetur *L. 33. ff. de Rit. Nupt.* consequenter expirat de dote actio & omnia in restituenda? statu pristino manent *L. 29. ff. solut. matrim.* Uxor vero quae ma-

maritum deseruit, si opponat consanguinitatem in gradibus prohibitis, marito non debet restitui, si se offerat in continenti probaturam consanguinitatem, alias censura Ecclesiastica compellenda est, ut revertatur, donec probationes offerat paratas; nam præsumitur contra eam, quæ sine iudicio Ecclesiæ sua tantum temeritate recessit a viro *c. literas 13. X. de restit. spo- liat.*

§. IX. Ad jus personarum spectat quoque Tutela: ubi Tutoris ob- Tutor quamprimum se datum novit iudicem competentem *ligatio ante* adeat, & super administratione decretum petat. Quamvis e- *decretum* nim non in continenti ante delatam sibi administrationem te- *administra-* neatur quicquam gerere *R. J. de anno 1548. & 1577. tit. 8. §. tionem.* tionem. *doß auch ein jeglicher,* attamen de iis rebus, quæ moram non pati- untur, & tempore detrimentum capere possunt, tenetur etiam antequam administratio decernatur. *Wesemb. in Parat. ad ff. Tit. de Tutel. n. 6.* Imo si conturores expectavit, qui vel disse- rebant negotium vel se excusare volebant, non facile ipsi igno- scetur; debuit enim partibus suis, non quidem præcipiti festi- natione, sed nec moratoria cunctatione, fungi per *L. 7. §. 1. de pe- ric. & admin. Tutor.* conf. *Hopp. comment. ad Inst. §. fin. de Tu- tel.* Ad officium quoque Tutoris pertinet confessio Inventarii *Confessio* *L. cit. 7. pr. & L. fin. C. Arbitr. Tut.* In quod omnia pupillorum *inventarii.* bona redigi debent; *Cavallan. de Tutor. & Curat. n. 58.* Adeo ut si quid in illo sine iusta causa omisum, deinde mox venditum appareat, dolo Tutoris alienatum videatur, *Menoch. vol. 4. conf. 381. n. 11.* nisi fuerint res, quæ brevi tantum tempore erant du- raturæ, & pupilli magis intererat eas alienari quam servari, ubi tamen, si suspicionibus immunis esse voluit, venditionis factæ & pretii pro rebus accepti mentionem facere fas fuisset. *Au- Autoritas* toritas Tutoris in continenti in ipso negotio interponi debet *Tutoris* *vid. L. 7. §. 1. de resc. vendit. §. 2. Inst. de auctor. Tutor.* ubi verba *quando in-* in ipso negotio denotant, antequam partes ad alium actum de- *terponenda.* veniant. Igitur etiam post contractum negotium autoritas in- terponi potest, dummodo id fiat in continenti, hoc modo enim quæ post negotium sunt, illa perinde habentur ac si in ipso neg- otio intervenissent suntque pars negotii *L. 7. §. 5. de pact. L. 25.*

§. 4.

§. 14. *D. de acquir. hered.* Autoritatis vero interpositio spectat ad solemnitatem actus & integrandam personam pupilli, qualiacunque in ipso actu intervenire debent *arg. L. 137. pr. ff. de V. O. & c. 29. X. de Edict.* Hinc sequitur, quod ratihabitio postea superveniens non sufficiat, quicquid enim pro forma requiritur, hoc non potest suppleri per æquipollens *L. 24. in fin. ff. ad Municip.* Si tamen contractus in favorem pupilli tendat, sic ratihabitionem contractum convalidare non dubitamus per *L. 14. C. de Procurat. Mynf. cent. 2. obs 36.* Quamvis vero ex multorum opinione hætenus dicta moribus hodiernis non ita accurate requirantur, sed sufficere statuant, si etiam ex intervallo negotio a pupillo gesto consenserit tutor *arg. L. fin. C. ad Sct. Macedon. Simon van Lewen in Cens. For. lib. 1. c. 17. n. 10. Perez. in Cod. de autor. & consens. Tutor.* hæc tamen sententia dubia, hinc cum pupillo contracturus curet ab initio Tutoris autoritatem interponi, sicuti hoc commendat Dn. Stryck. *C. C. S. I. c. 2. §. 17.* Si vero quis absque Tutore cum pupillo contraxerit, altera pars eum adire, & an contractui stare velit, vel non, præsentem tutorem interrogare potest *L. Julianus 13, §. 27. & 28. ff. de A. E. alterutrum enim hic pupillo eligendum Dn. Brunnem. Comment. ff. ad L. 13. n. 78. 82.* Incidenter quoque de Decreto judicis, quod in alienationibus bonorum interponi debet *L. 6. & L. fin. C. de præd. minor.* hic monendum, quod hoc ante contractum fieri debeat, non vero ex postfacto: præcedere enim debet ad contractum legitimandum *L. 1. §. 9. ff. de reb. eorum & c. Joh. à Sande de de prohib. ter. alien. c. 1, n. 68. seqq.* nam si in continenti velo levato in eodem contractu decretum interponit, decretum irritatur, ut pro eo non præsumatur, sed sic præcipitanter interpositum ex brevitate temporis non creditur secum habere causæ cognitionem & est nullum *L. si finita §. si forte vers. festinare non debet ff. de damn. infect. Anchor. consil. 83, n. 3. Alciat. de præsumt. reg. 3. præsumt. 10. n. 8. Sicul. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ X. de constitut.* Hinc consultum, ut contractui inferantur verba: Nachdem vorhero E. E. Rath's Decretum diese Güter zu veräußern ertheilet worden.

§. X.

§. X. Ratione tutelæ legitimæ præfertur mater omnibus *Mater Tu-*
 cognatis collateralibus, modo in iudicio renunciet *trix.*
 Vellejano & secundis nuptiis, per quam renunciationem ta-
 men libertas nuptiarum matri non adimitur Anton Faber *lib.*
 5. C. 1. 21. def. 31. Si vero transeat ad secunda vota, perdit ma- *Per nuptias*
 ter tutelam ipso jure, adeo ut nequidem, mortuo in continen- *secundas*
 ti marito altero, illam recipiat, eo quod semel suspecta reddita *perdit tute-*
 sit, arg. L. si cui ff. de accusat. L. 3. §. si autem ff. de suspect. Tutor. *lam.*
 Cyn. in Auth. matri & avie C. quand. mul. tut. offic. n. 8. & ult. an recipiat
 nec distinguimus, an res sit integra, quando scilicet liberum nul- *mortuo al-*
 lum habent tutorem, nec habere possunt, durat enim fe- *tero marito.*
 mel contracta suspicio, Myns. 3. Obs. 83. nec etiam facimus cum
 aliis, qui volunt, matrem de novo viduam posse admitti, si antea
 tutelæ rationem reddidit vid. Muller. Disp. de Re non amplius
 integra c. 1. in fin. Sane pater naturalis tutor liberorum suo-
 rum per nuptias secundas illam non amittit Carpzov. 5. Resp.
 84. n. 5. Quando vero mater iterum nupserit, vel initio a *matri in-*
 tutela abstinerit, Lex matri necessitatem Tutores petendi im- *cumbit, Tu-*
 ponit, & quidem in continenti seu confestim hoc fieri jubet *tores petere*
 L. 2. §. 2. ff. qui per. tut. dummodo tamen annum non transcen- *intra quod*
 derit, ipsi negligentia non petiti tutoris indemnis est, §. pen. *tempus?*
 just. ad S& Tertull. Struv. Syns. J. Civ. Ex. 31. th. 32. Gabriel.
 de comm. opinion. lib. 6. tit. de Tutel. concl. 1. n. 35. ubi dicit,
 quod licet multi tenuerint, quod peti Tutor debeat saltem
 cum primum poterit, tamen crebriorem sententiam esse,
 quod succedentes non excludantur, nisi transacto integro an-
 no, & sic intra annum semper possint petere. Quid vero si *an matri-*
 vidua intra annum ad secunda convolet vota, an eo usque donec *monium in-*
 Tutorem petierit liberis ex primo matrimonio quæsitis, con- *hiberi potest*
 summatio matrimonii interdicti poterit? recte affirmativam tue- *si non petie-*
 rit?
 tur Dn. Brunn. in J. Ecclæs. lib. 2. c. 17. §. 10. ibique in Annot. Ill.
 Dn. Stryek. quo etiam pertinet, quod jure Stat. Mind. saluber-
 rime, provifum lib. 2. tit. 2. art. 17. verb. wenn ein Mann oder
 Frau in die andere Ehe treten will, soll der oder dieselbe den Kindern,
 es seyn derselben ein oder mehr vorhanden, zuvern Vormünder
 erwiesen.

*De continu-
atione Cura-
sele.*

§. XI. Si tutela finita & Tutor curatela[m] continuare nolit, necessarium est, ut in continenti ad epta pubertate se excuset, adulto Curatorem petat, & ab administratione cesset, seque ad rationes reddendas offerat, hoc enim si fecerit, ad Curatela[m] compelli non debet, per ea quæ habet Gail. *lib. 2. Obs. 96. n. 1. & seqq.* Carpzov. *p. 2. cap. 11. d. 19.*

*Curator
mulieris Sa-
xon. quando
consentire
debeat.*

§. XII. Denique de Curatore Saxon. mulieris monendum, quod hujus consensus in continenti in ipso actu interponi debeat, & non demum post negotium jam perfectum, sicut hoc rationibus & præjudiciis firmat Carpz. *p. 2. C. 15. def. 30. & 31. verb. præjud.* Ihr könntet denn bescheinigen und beybringen, daß Verkäufferin nach geschlossenem Contract so bald und in continenti, ehe sie zu einer andern Handlung geschritten und etwas anders vorgekommen, ihr bestätigter Curator dasselbe beliebet und sein Vollwort dazu gegeben, auff den Fall bliebe es bey dem einmal geschlossenem Kauff-Contract billig. Sufficit tamen, si consensus supervenit, antequam ad actum aliquem extraneum contrahentes se contulerint Carpzov. *cit. loc. def. 31.*

*an mulieris
approbatio
ex interval-
lo sufficit.*

Quod si vero curator absque consensu mulieris transactionem vel aliam conventionem inierit, mulierem, quæ actum istum ex intervallo approbavit, firmiter obligari tradit Wesemb. *ad tit. ff. de auct. Tutor. n. 3.* quam sententiam olim etiam amplexos fuisse ICtos Jenenses, refert Berlich. *p. 1. dec. 148. n. 15.*

CAPUT III.

Sistit casus ex Jure Rerum.

*Occupatio
ferarum.*

Jus ratione rerum est duplex, in Re ad Rem. Inter Species Juris in re primus locus assignari solet Dominio. Modi vero dominium acquirendi sunt vel originarii vel derivativi. Ad originarios spectat occupatio; Et quidem ferae bestiae simul atque ab aliquo captæ sunt, jure Gentium statim illius esse incipiunt §. 12. *J. de rer. divis.* Quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. An vero fera bestia ita vulnerata, ut capi possit, statim vulnerantis dici possit, disceptatum fuit inter veteres ICtos. Alii vulneran-

ti

ti feram illam addixerunt *L. 5. §. 1. ff. de A. R. D.* nam & alias eo usque nostram videri, donec eam persequamur; cui sententiae calculum addit Noe Meürer von Försstlichen Oberherren tit. Wie man das Wild jagen soll p. 47. *in fin. verb.* So einer ein Wild jaget, und das kömmt von ihm unversehrt, ist aber so müd, daß es niederfällt, und nicht fürbaß mag, und kömmt aus seinen Augen, das ers nicht siehet, und daß nicht weiter suchet, wer es darnach findet oder sähet, des ist es Von Rechts Wegen. Wenn aber der, so solches jaget, demselbigen nachstellte, und suchte, so soll der, so es in der Zeit findet, es sey todt oder lebendig, ihm solches zustellen. Alii vero putaverunt, non aliter feram cujusquam fieri, quam si eam ceperit, quam sententiam approbavit Imper. §. 13. *I. de Rev. Div.* cum multa accidere soleant, ut vulnerans feram vulneratam non capiat. Equidem distinguat *Distingui solet.* qui solet inter leviter & lethaliter vulnerantem, non illum, sed hunc, si prius vulneravit, postea occupanti præferri. Sed tamen aperte hæc distinctio adversatur §. 13. *cit. tit.* ut adeo de jure amplectenda non sit, licet non diffiteamur, eandem æquitate niti & generositate venatorum multum tribuendum esse, eo magis cum etiam mechanici sibi dedecori ducunt, quod alter incepit, absolvere, & venatores sæpe non tantopere feram quam artis suæ laudem sectentur, quam tamen sibi tribuere vix potest is, qui ab alio lethaliter vulneratam feram in eo fundo, ubi alter persequendi jus habet, capiat: Suffragatur quoque consuetudo multorum locorum, ubi, si quis feram bestiam in suo vulneraverit, daß es schweift, eandem persequi potest, etiamsi in aliud territorium se conferat, modo sine ulteriori sclopeti explosione, sine inflatu corniculi venatorii, & sine incitatione canum id fiat, prout præjudiciiis firmat Richt *P. 1. Dec. 16.*

§. II. Occupationem bellicam quod attinet, ea quæ ex *Occupatio bellica.* hostibus capimus Jure Gentium illico nostra fieri, dixit Imperator §. 17. *J. de Rev. Divis.* quod tamen non ita rigide accipiendum, ac si, statim cum manu apprehensæ sunt res hostiles, etiam nostræ sint, sed civiliter, & cum hoc temperamento, ut statim nostræ sint, postquam scil. apprehensæ & in nostram



potestatem ac securitatem redactæ. Hinc res mobiles captæ dicuntur, ubi intra fines, i. e. præsidia & stationes hostium perductæ fuerint *vid. L. 5. §. 1. ff. de Captiv. & postlim. revers.* Grot. *de J. B. & P. lib. 3. c. 6. §. 3.* Joach. Burger *in Observ. Jur. milit. cent. 1. O. 55.* Unde si antea tales res recuperatæ, prioribus Dominis sunt restituendæ *dd. text. & L. 20. §. 1. eod.* Carpz. *P. 4. c. 35. def. 9.* Res soli vero sive immobiles ita demum acquiruntur, si munitionibus quibusdam clausæ sint, ut, nisi iis expugnatis, parci alteri palam aditus non sit, temporaria enim infesio, ut per feativa hic non sufficit. *add. Grot. loc. cit. §. 4. & lib. 6. c. 20. §. 12.*

Res inventa quando acquirantur?

§. III. Species Occupationis quoque est Inventio: ubi tamen non sufficit videre & notare oculis, sed manu occupare necesse est. *L. 1. §. 1. ff. de acq. poss.* Hinc si unus gemmam præviderit, alter vero apprehendendo eam hunc prævererit, res sit arripientis. Nisi tamen is, qui primum vidit, animo apprehendendi alteri ostenderit. Sic enim potior foret causa prius videntis *vid. Dn. Stryck. de jur. Senf. Diff. 1. c. 3. n. 34.* Hodie vero cum jus in littoribus quodammodo ad Regalia referatur, hic acquirendi modus exigue admodum videtur esse utilitatis. Sic in Borussia non amplius cuivis colligere licet Succinum, sed specialis ad id a superiore requiritur permissio. *add. Struv. S. J. C. Exerc. 41. ib. 22.*

Donationi perfecta nihil addi potest.

§. IV. Ad modos acquirendi derivativos referuntur Donationes, quarum intuitu notandum est, quod donationi jam perfecta nihil amplius ex intervallo addi possit invito donatario *L. perfecta C. de donat. que sub. mod.* Secus est, si fiat in continenti ab initio cum dependet in fieri, tunc enim apponi potest modus & conditio, prout donanti placuerit, ut diffuse tractat Didac. Covarr. *lib. 1. Variar. Resol. Cap. 14. per tot.* Si tamen Princeps donaverit, hic, salute Reip. id efflagitante, novas conditiones etiam ex intervallo addere potest *Mantica de tac. & ambig. conv. Tom. 2. lib. 13. tit. 40. n. 9. segg.* Ceterum de donatione absoluta inter vivos constat, quod si summa donata excedat quingentos solidos sive mille thaleros, (personidum enim aureus Ungaricus, communiter intelligitur.) *Carpz.*

Insinuatio magne donationis.

Carpz. P. 2. C. 12. def. 12. non subsistat donatio quoad excessum, sed illud, quod ultra mille thaleros donatum, repeti possit conditione sine causa, Carpz. d. conf. 12. def. 17. cui ut obviam ea De donatione remedium suggerunt, ut quis diverso tempore uni plures ne diversi summas donat, quarum neutra excedat mille thaleros L. 34. temporis. §. 3. C. de donat. in vi. & mori. caus. Cavendum tamen, ne uno instrumento illas diversas summas cumulet, Molin. de F. & F. Tr. 2. Disp. 278. n. 18. & tempus quoque non unius alteriusve diei intercedat necessum est, sed tantum ex quo satis ipsum deliberasse de facta donatione colligi possit conf. Ill. Dn. Stryck in C. C. S. 3. c. 9. §. 4.

§. V. Donationem ob certas causas revocari posse notum Donationis est, quo etiam referri solet supervenientia liberorum per L. revocatio si unquam 8. C. de revoc. donat. Quæ lex quidem loquitur tan- ob superven- tum de donatione inter liberum & Patronum; Verum ratio, nientiam li- quæ in favore liberorum consistit, est generalis. Quid vero si li- berorum. beri post Nativitatem in continenti decesserint, an sic ceteri quid si liberi potest ipso iure donatio revocata, ut nullum amplius inde com- non supervi- modum percipere possit donatarius? Ita sentiunt multi. vid. xerint? Maynard, lib. 4. dec. Tholof. 12. circa princip. ubi inquit: omnes communiter tradunt, æquum & ubi vis fere usu fori comprobatum esse, quod Lex si unquam indistincte accipienda de omnibus donationibus, quibus præter opinionem post factam donationem liberi nascantur, ut sola eorum nativitate donatio statim revocetur. Cui quidem obstare videtur, quod natus non videatur, si confestim mortuus sit, & quod causa beneficii cessante ipsum cesset beneficium; quando enim iterum moritur filius, propter quem revocatur donatio, cessat ratio beneficii. Responderetur enim: causa legis huius beneficii non cessat, licet liberi postea suscepti decedant deinde vivo donatore; causa enim revocationis inter cetera hæc est: quia liberi postea suscepti sunt, quod cum semel factum sit, infectum fieri non potest, & sic desinere quidem possunt esse liberi; at susceptos eos esse, quæ huius revocationis causa est, nunquam verum esse desinit, nec movet L. post probamus 12. ff. de inj. rupt. ubi testamen. um, ob natum postea filium, irritum factum, etiam si statim post ite-

Obf.

Resf.



rum moriatur ille filius vivo testatore, Jure Prætorio, tanquam sublato impedimento, quod prius obstabat, convalescit. Magna siquidem differentia est inter testamentum ruptum a filio postea mortuo & donationem. Illud filio nato iterum mortuo sustinetur jure Prætorio, æquitate ita suadente; testamentum siquidem licet subtilitate juris Civilis censetur ruptum, tamen re ipsa & natura nihilominus manet; superest enim scriptura eadem, eadem subscriptiones atque eadem signa testium & voluntas testatoris; quare, si moriente inde statim eodem posthumo confirmetur à Prætoze, mirum videri non debet, est *distinguitur* enim ubi confirmatio pedem figat. At donatio, semel irrita facta ob liberos postea susceptos, in totum ita tollitur hac lege, ut nihil inde supersit. Ut vero hæc ita sese habeant, distingvendum tamen putamus: aut res nondum est tradita, vel si quidem est tradita, possessio tamen ejus jam repetita, & non reconvalescit donatio; aut res est tradita, nec possessio repetita & tacite confirmari videtur add. Peretz. *ad cit. L. 8. C. de revoc. donat. n. 30.* ubi in prioribus *n. 18. & 19.* arbitrium judicis instruit sequentibus verbis: Verum hoc præterea desiderat *L. 8.* ut Donator bona omnia vel magnam eorum partem fuerit largitus, quam non præsumitur donaturus, si liberos habuisset aut de iis cogitasset. Magnam partem hic accipiunt de ea, quæ excedit dimidiam, alii tutius partem istam judicis arbitrio definendam committunt ex quantitate bonorum & qualitate personarum donantis & donatarii, earumque conjunctione. Prudens autem judex inspiciat, an donator sit dives vel pauper, perpendeat etiam filiorum quantitatem & an masculi vel foeminae sint. Menoch. *de A. F. Q. cent. 2. cas. 133. Fachin. lib. 3. contror. qv. 88.*

An Evictio præstanda?

§. VI. An in donatione evictio præstanda sit, disquiri follet? Sunt qui distingvunt, quod tunc præstanda non sit evictio, quando donatio in continenti traditione rei perficitur, quando vero donatio à conventionione coepit, tunc illam præstandam esse vid. Carpz. *2. 34. 23.* ubi adfert præjud. Sed rectius indistincte evictionem denegat Franzk. *ad ff. tit. de Evict. n. 174.* etiam si Princeps donasset, Anton. Fab. *9. C. tit. 26. def. ult.* siquidem di-



distinctio illa fundamento carere videtur. in L. 18. §. fin. ff. de don. generaliter dicitur, donatario rei nomine evictionem non competere; & deficit ratio, cur, si a promissione ceperit donatio, promissor durius teneatur, quam si rem donatam in continenti tradiderit, siquidem ad donationis perfectionem, quod obtendi solet, non requiritur, ut dominium transferatur, quamvis hic finis illius ultimus sit L. 9. §. ult. de donat. alias enim res donata usucapione acquiri non posset, quod tamen patet ex t. t. pro donato. De Donatione facta sub modo, quod hæc statim valeat, quamvis modus impletus non sit nec impleatur, vid. Peretz. ad C. de donat. que sub modo vel sub conditione n. 4. & Carpz. P. 2. c. 13. d. 2. in fin. ubi præjudic.

§. VII. Antequam materiam hanc de donationibus lin. Nummus quamus, lubet adhuc adjicere de nummo confessionario, quod Confessionarius ille post absolutionem parum commode in continenti porrius quando gatur, siquidem eo ipso, dum in actu absolutionis cogitationes solvendus? suas dirigere necessum habent confitentes, ad hunc nummum, quo illum in promptu habeant, piis meditationibus omnino impedimentum injicitur, ut adeo consultius foret, alio potius tempore liberalitatem erga confessionarios exercere; quorsum tendit sententia B. Joh. Gerhard. Loc. Theol. Tom. 6. de Minister. Eccles. §. 329. in fin. ut scil. moneantur auditores, ut alio potius tempore suam erga ministerium beneficentiam & evsgeroslav declarent.

§. IIX. Sequitur altera species juris in re, Hereditas. De: Testamen- fertur hæc vel ex testamento vel ab intestato. Confessionem tum Solen- testamenti quod attinet, si scriptum & solenne in continenti, ne continuo sive ut dicitur uno contextu vel uno eodemque die & momen- actu facien- to, nulloque actu extraneo interveniente perfici debet §. 3. F. dum. de testam. Ordinat. Imp. de ann. 15 12. iii. von Testamenten §. die Form eines Testaments verf. alsdann desselben Tages und Zeit. Testamenti enim factio est actus legitimus & solennis; tales vero qui sunt, continui quoque esse debent unicoque contextu absolvi L. continuus 137. pr. ff. de V. O. & L. 12. de duob. re- is. Intelligitur vero per actum continuum adhibito solemnita- rum. Hæc enim non debent interrumpi, sed uno eodemque tem-

tempore & unico contextu celebrari *L. 21. pr. C. de Test. Compos-*
itio enim ipsius testamenti ut tempore simultaneo fiat, opus non
 est, sed sufficit, si uno tempore una pars testamenti scribatur, &
An furor alio altera pars, cit. *L. 21. C. de Testam.* Hinc fluic, quod si testa-
superveni- mentum inceperit condere eo tempore, quo sanz mentis exi-
ans momen- stit, furore autem momentaneo interveniente perficere illud
taneus Te- non potuerit, tametsi restitutus fuerit, attamen testamentum
stam. ince- non reconvalescat conf. *Cyn. ad l. 9. & ibi Castrenf. n. 2. C. qui*
prum visiat? *testament. fac. poss.* Inhabilitas enim ejus, qui actum gerit, eum in
 continenti reddit nullum, adeo ut superveniente quamvis ha-
 bilitate, ille reconvalescere non possit. Sic quoque non suf-
 ficit, ut unus testis post alium veniat, voluntatemque testatoris
 audiat & separatim subsignet atque subscribat, sed simul eodem
 loco, die & tempore congregati esse, testatorem audire & vide-
 re, illisque voluntas testatoris simul signanda & subscribenda
 offerre debet *L. 12. L. 21. in pr. vers. in omnibus C. de Testam.*
Dauth de Testam. sub vis. testam. requisit. 2. vers. 6. n. 418. præju-
 dicium adfert *Dn. Richt. in Interpr. d. L. 9. C. n. 6 qui testam. fac.*
poss. Limitat tamen Imperator noster prædictam Regulam:
 quod testamentum unico contextu fieri debeat: tum in casibus
 necessitatis sive corpus ipsum laborantis testatoris, sive testis
 respicientibus, illosque recenset *L. 28. vers. si quid autem neces-*
sarium C. de Test. Tum in actibus brevibus & momento tempo-
 ris expediendis *d. L. 28. vers. & si quidem ibi:* ex brevi temporis
 intervallo. Idem confirmatum legitur in alleg. *Ord. Imp. vers.*
Ussdann: ibi: alsdann desselben Tages und Zeit, ohne daß eini-
 ge andere auswendige Handlung oder Weil, dann allein die Lei-
 bes-Noth halben geschehen und klein wäre, darzwischen falle ic.
 Ratio enim, quod actus debeat esse continuus, consistit in eo,
 ne testator a convenienti deliberatione, quæ in testamentis
 requiritur, avocetur, aut ejus quod in animo habebat obli-
 scatur conf. *Gilken. ad L. 28. C. de Testam. num. 11.* Hinc actus
 quoque, qui aliquo modo pertinent ad testamentum, uti deli-
 beratio de legatis relinquendis aut qui in solius testatoris
 consistunt declaratione, uti divisio rerum communium *L. 32. ff.*
san. hercis, destinatio filiarum ad nuptias *L. 36. ff. de Rit. Nupt. junct.*
L. 2.

*An actus
 naturæ?*

L. 2. de sponsal. Unum contextum non lædunt, per consequens nec vitiant testamentum *L. 21. §. ult. in fin. qui testam. fac. poss.* Ad actus vere extraneos autem seu plane non pertinentes *An Contractus* a testamenti factionem spectant contractus bilaterales quales *Aut in Testamentis* sunt qui duorum consensum requirunt v. g. Emptio ven. *Interdictio*, locatio conductio, add. *L. 4. de adim. Legat. L. 4. ff. venire poss. de O. & A.* adeoque hi intervenire non possunt, quia testamentum a sola testatoris voluntate dependet *L. 32. ff. de hered. instit.*

§. IX. Testamentis accedere solent Legata & Fidei commissa. Ratione legatorum constitutum est quod in omni legato per conditionem non suspensio statim a morte legantis ipso jure ignorante quoque legatario dominium vel aliud jus quod in re legata habuit defunctus, vel saltem in re sua constituere potuit *L. 80. de leg. 2. L. 1. §. 6. Si quid in fraud. creditor. transeat.* Proinde licet hic ante aditam hereditatem moriatur heredes nihilominus ejus legatum accipiunt *L. 5. pr. quand. dies leg.* Nullo enim momento dominium hoc penes heredem manet *L. 3. §. 2. de Leg. 3.* Si vero sub conditione legato sit, spes tantum est debitum iri, nec statim debetur *L. 5. §. 2. quand. dies. leg. & pendente illa nihil peti potest L. 213. de V. O. L. 26. de condit. inst. moriente itaque legatario, dum pendet conditio, legatum perit L. 4. L. 5. §. 2. quand. dies leg. L. un. §. 7. de caduc. tollend.* Secus hoc se habet in stipulationibus conditionalibus, ibi enim spes debitum iri morte stipulatoris non extinguitur *§. 4. de stipul.* Diversitatis ratio hæc, quod legata dari soleant ob singulare aliquod meritum personæ aut specialem quandam benevolentiam quæ causa, quia cum ipsa Legatarii persona interit, non potest non simul legatum perire add. *L. 59. ff. pro Sol. stipulans autem non tantum sibi, sed etiam heredibus suis prospicere velle semper præsumitur L. 9. ff. de probat.* Interim legatum sub conditione Principi relictum morte ejus non expirat per *L. 56. ff. de Leg. 1. Augustæ tamen morte, quod ipsi relictum erat extinguitur. L. 57. d. 1.*

§. X. A Legato conditionali differt legatum sub modo

D

re-

*Legatum
sub modo
relictum.*

relictum, hoc enim in continenti debetur & peti potest, præstita cautione de modo adjecto adimplendo *L. 40. §. fin. & L. 80. de Condit. & Demonstr.* & si forsan non stet per legatarium, quo minus impleatur modus, attamen retinetur legatum *L. 1. C. de his que sub mod. ibique Gotofr. in not. lit. O. quod utrumque secus in legato sub conditione relicto L. 41. & 101. ff. de condit. & demonstr. Harprecht. ad Inst. §. 31. de Leg. n. 8.*

*Heres ali-
quando le-
gatum in
continenti
offerre debet*

§. XI. Heres, ex certo nominum genere, quibusdam pro arbitrio suo legatum præstare iustus, in continenti hoc illis offerre debet, alias omnes legatum petere possunt per *L. quando legatum in 24. ff. de Leg. 2. ibique Brunn.* sic quoque si heres, a quo aliquando sub certa poena alternative legatum est, poenam constitutam evitare vult, debet legatum præstare in continenti, quod tamen capiendum est cum aliquo temporis intervallo *L.*

*Heres debet
satisdare
legatariis.*

1. §. 8. ff. ad. L. Falcid. De cetero tenetur heres satisdare legatariis & fidei commissariis, se illis soluturum legatum vel restitutum fidei commissum, ut relatum est *in L. 1. ff. vt legat. nom. cav.* adeo ut si heres non satisdet, mittantur legatarii vel fidei commissarii in possessionem bonorum, ratione legati vel fidei commissi *L. 1. & t. 1. ut in poss. legat.* Hanc vero satisfactionem evitare potest, si in continenti se probaturum offerat, nullum relictum esse fidei commissum, quod procedit, si paratus sit eodem die se iudici sistere *L. 3. pr. ff. d. 1.* Tunc enim ante de fidei commissio, quam de satisfactione constare potest.

*Codicillo-
rum conve-
nientia cum
Testam.*

§. XII. Ultimæ voluntatis speciem constituunt quoque Codicilli, quorum solennitas utut exigua imo ferme nulla sit *§. ult. f. de Codicill.* in eo tamen cum testamento conveniunt, quod testes in continenti uno eodemque tempore adhiberi debeant; ex intervallo enim adhibiti, tum plane inutiles sunt Codicilli *L. ult. §. fin. C. de Codicill.* add. Carpz. *P. 2. dec. 152. in fin.* ubi Scab. Lipsf. sic respondiisse testatur verb. præjud. *Ihr könnet denn, daß N. und N. zugleich nicht da gewesen, und uno tempore nebst den andern Zeugen nicht unterschrieben und gesiegelt, gebührend beybringen, auff dem Fall wäre solches Codicill auffser denen Legatis ad pias causas zu Recht nicht gültig* et, *B. N. B.*

§. XIII. Heredis existentia etiam momentanea inducit trans-

transmissionem hereditatis Godofr. in Not. ad L. ult. de condit. Hereditatis
inst. lit. N. Idem dicendum de posthumo præterito, qui statim ut natus est, rumpit testamentum Patris L. 115. ff. de inj. rupt. irrit. testam. Quamvis natus in continenti decesserit text. express. in L. 2. c. de posthum. Her. L. 12. ff. de lib. & posthum. Si modo totus vivus fuerit natus. Quoniam qui mortuus nascitur, neque natus neque procreatus videtur, cum nunquam filius appellari potuerit L. 129. ff. de V. S. Natus autem & is censetur, & si ex secundo ventre editus, modo perfectus sit L. 12. in pr. ff. de lib. & posth. Sic quoque licet vivus natus, illico nulla voce emissâ moriatur, capax est hereditatis eandemque transmittit, licet in manibus obstetricum decesserit. Ut enim vocem emiserit partus non requiritur Carpz. 3. 17. 18. & 20. ubi quod indubio vivus fuisse præsumatur, sed sufficit si spiritum ediderit, vel ex aliis signis de vita constet v. g. ex motu & palpitatione cordis. Ex emissione enim vocis recte quidem infertur aliquem vixisse, verum ex defectu ejus statim mors præsumi non debet. add. Ill. Dn. Stryck, Tr. de Succ. ab intest. diff. 1. c. 7. §. 13. & seqq. E converso si dimidius processerit spirans quidem & vagiens, in ipso tamen exitu momento decedat, tunc certe natus dici non potest, & sic testamentum rumpere ex verbis L. 3. in fin. ibi: si vivus ad orbem totus processerit C. de posth. conf. Anton Perez. in Comm. ad cit. tit. n. 14. & Carpz. P. 3. c. 17. d. 17. n. 5. 6.

§. XIV. Interpretationem ultimarum voluntatum quod Interpretatio
attinet, Advocati a testatore consulti possunt ejus voluntatem interpretari, si post consilium in continenti factum sit testam. voluntatis
mentum, secus si ex intervallo, quia tunc testator posset vi- quando ab
deri ab eorum consilio recessisse vel poenituisse prioris vo- Advocato
luntatis Fr. Cardin. Mantic. de Conject. ultim. volunt. lib. 3. fieri potest?
§. 1. n. 33.

§. XV. Speciebus juris in re accenferi quoque solet Possessio.
fessio, cujus intuitu possessor tollere potest omnia impedi-
menta ad suam possessionem tuendam & continuandam, con-
sequenter opus quasi in suo ædificari cœptum propria autori-
tate demoliri potest, videlicet si hoc faciat in continenti: si enim

ex intervallo hoc tentare vellet, possessio interea adversario
 cessā dici posset Richt. Dec. 17. n. 8. Sic quoque possessione
Spoliatus sua dejectus in vasorem *in continenti* deicere potest, & hic om-
intra quod nino tuendus est, siquidem dejectio illa speciem defensionis
tempus de- habet L. 17. ff. de vi & vi armat. Quomodo vero *in continen-*
spoliantem? ti hic accipiendum sit, varie opinantur Interpp. Gloss. in cap. o-
 lim §. intelligentes X. de restit. spoliat. in verb. statim intelligit
 tantum de annali spatio per L. 2. §. confestim autem, ubi Jctus
 dicit: confestim autem erit sic accipiendum, ubi primum po-
 tuit, & postea, nisi forte infirmitas vel alia magna causa impe-
 dieret, & denique: ita tamen ut nullo modo annale tempus ex-
 cederet ff. ad Sct. Tertull. Bart. autem in L. 1. C. unde vi ad tres
 etiam dies restrinxit, sed tamen idem in L. idem est §. cum igitur
arbitrio ju- ff. de vi & vi armat. rectius hæc explicat, dicens, quod illa ver-
dicis defini- ba debeant intelligi arbitrio boni viri ex qualitate deicientis,
endum. & rei ex qua quis dejectus est; sic si unus homo privatus deiecit
 alium, modicus apparatus requiritur ad recuperandam posses-
 sionem; si vero unus Nobilis expelleret aliquem de uno ca-
 stro, sane ad hoc recuperandum requiritur major apparatus,
 qui forte non posset fieri in sex mensibus: ut ita *in continenti* fi-
 eri censerī debeat, secundum quod potest commode fieri ex
 qualitate personæ & rei, seu tantum temporis spatium, intra
 quod quis homines cogere & alia quædam ad recuperandam
 possessionem potuit præparare L. 15. §. 3. ff. ex quib. caus. maj.
 Richt. de Adv. Sign. sub. voc. in continenti. quod per multas au-
 toritates approbat Menoch. de recup. possess. Remed. 1. qv. 21. n.
 230. add. Egidius Bossius in Tract. matel. sub. tit. de plurib. Vi-
 olem. n. 7. ubi tradit, quod dicatur in continenti fieri etiam in-
 animo quan- fra 10. annos si modo dejectus animum habuerit semper recu-
 do non amit- perandi faciendo debita præparamenta. Quinimo ipsa con-
 tatur pos- stitutio Pac. publ. maxime Augustæ publicata *sub rubr.* die pœn-
 sesio? der Friedebrecher circa *fin. vers.* Es sollen aber dem Beschâ-
 digten & similliter Ord. Cam. P. 2. 1. 9. §. 1. in *fin. verb.* auf
 frischer That, oder wenn er seinen Freund und Helfer haben mag
 ic. temporis tractum longiorem & prope indefinitum infe-
 runt, ut ex textibus ipsis colligere licet Gail. de Pac. publ.
 cap.

cap. 16. n. 14. Struv. de vind. priv. cap. 6. aphor. §. n. 1. & seqq. Tusch. Pract. concl. 393. lit. S. ubi defendit, quod spoliatus se preparans ad recuperandum retineat possessionem per L. 18. §. 3. ff. de acqu. vel amitt. possess. adeoque perpetuo spoliante iterum dejicere possit, tunc enim tacite rixatur cum illo, qui rem violenter tenet, ut ejusmodi occupatio non pro spolio sed possessionis continuatione sit habenda, jam vero continuans possessionem spoliare non videtur. vid. Wefenb. Conf. 19. P. 1. n. 49. Gail. d. l. conf. Fichard. in Consil. Germ. conf. 141. n. 2. ubi in istis terminis: da ein versagter Fürst seine abgetrungene Land und Leute hintwieder dem Landfriedbrecher abdringen und dieselbe recuperiren will, in fin. addit, quod hoc præmissis in Principibus & ab amplo Ducatu bello nefario e-jectis & profligatis locum habeat.

§. XVI. Controverti quoque solet, an in recuperandæ possessionis judicio exceptio dominii *incontinenti* probabilis valide opponi possit? distingvendum esse existimamus, utrum recuperans possessionem cum vitio & violentia occupaverit, an *de possess.* vero possessio ad ipsum sine vitio pervenerit? Priori casu eum, *judicio licet* in continenti dominium probaturum se offerat, non audiendum esse arbitramur; quia non licuit ipsi spoliatori sua manu sibi jus dicere per *L. unic. C. ne quis in propr. caus. sibi jus dic.* & cum in illius odium & poenam Lex hoc constituerit *L. si quis in saniam C. unde vi*, inconveniens est ut ex proprio delicto commodum sentiat contra *L. auxilium de minorib. & L. itaque sulto ff. de furs.* Posteriori casu exceptionem Dominii in continenti probabilem admittendam esse censemus, Bart. *ad L. si de vi ff. de except. dol.* quam opinionem communem esse attestatur Bero. *in cap. 1. n. 31. de restit. spoliat.* Nec Ecclesiæ hic privilegium tribuimus, quod tamen facit Mascard. *concl. 328. num. 9.* ac si spoliatus nomine Ecclesiæ propter exceptionem Dominii in continenti probandam non sit restituendus. Quid vero si is spoliator, qui alterum vi dejecit, vult satisfacere de possessione *An Exceptio* in continenti restituenda & omnimodo satisfacere, an ille poterit *Jurisdic-tio-nis?* videtur quod non, quia tunc violenta dejectio non ad defensionem sed ad ultionem tenderet contra *L. 45. §. 4. ff.*



quid juris in ad L. Aquil. Retinenda possessionis vero iudicium quod acci-
retinenda net, in hoc exceptionem dominii etiam in continenti probabi-
possessio- lem non admittendam esse statuit Ludov. Poth. *de manuten.*
iudicio? *obs. 42. n. 58.* cum in hoc iudicio actor tantum intendat, ut ab
inquietatione & turbatione adversarius desistat, unde exceptio
Dominii ipsius intentionem non ferit, cum exceptio illa *dolo*
facis &c. non habeat locum, ex quo actor nihil quod restitu-
endum sit, petit juxt. Cels. Vgo *conf. 93. n. 1.*

Possessionis
interruptio.

§. XVII. Circa interruptionem possessionis observandum,
quamvis præscriptio interrupta dicatur, si prædium per vim
hostium occupatum fuerit, juxt. L. *si unus §. fin. verb. aut pro-*
pter latronum potentiam ff. de reb. aut. jud. possid. Illud tamen
singulariter limitatur, si illud prædium illico recuperaverit, te-
xtus est manifestus in L. *qui possessionem ff. de vi & vi armat.*
Menoch. i. *recup. possess. rem. n. 85.* ubi Ictus inquit: quod qui
possessionem vi ereptam, vi in ipso congressu recuperat, in pri-
stinam causam revertatur, & Bart. ibi addit rationem, quod ni-
mirum ex sola civili possessione, quam in ejusmodi casu deje-
ctus retinet, procedat præscriptio juxt. L. i. §. *per servum qui*
in fuga ff. de acq. possess. & L. qui fundum in pr. ff. pro emptore.
Et hoc non solum obtinet, si possessionem illam in continenti
recuperavit, sed etiam si in continenti se ad recuperationem
præparavit. *arg. L. quod est §. cum igitur verb. sed hoc confestim. ff.*
de vi & vi arm. conf. Barbof. Thef. Axiom. voc. momentan. in fin.

Constitutum
possessorium
cum pacto
ingrediendi
initium.

§. XIII. De constituto possessorio paucis adhuc agen-
dum; ubi acriter inter Dd. controvertitur, an si factum fuerit
simul cum pacto ingrediendi propria autoritate, hoc licitum
sit? affirmativam defendit Tiraqv. *de jur. constit. possess. P. 1. n.*
37. 38. & 43. cum mult. ibi allegat, scil. quod ingressus per vim
in continenti factus sit omni jure licitus, & quod possessor jam
factus per clausulam constituti, si postea possessionem occupa-
vit, propria autoritate neminem spoliat, nec vim fecisse videat-
ur, tamen si postea contradicor superveniat sive justus sive in-
justus, Anton. vid. Fab. in *Cod. lib. 8. tit. 3. def. 33.* ubi ita decisum re-
fert add. Joh. Grack. *de Autorit. privat. Class. 3. cap. 2. num. 1.* ubi
defendit, quod constitutarius realem & actuale possessionem
pro-

propria autoritate adprehendere possit, idque adeo verum esse dicit, ut si is, qui naturaliter possidet, ita civiliter possidentem nolit admittere, dicatur ipsum spoliare; Et hoc pactum etiam contra singularem rei successorem licet resistentem non liquidato debito exerceri posse tradit Negusant. *de pign. P. 4. num. 21.* & latius Tiracq. *cit. loc. n. 42.* quod Paulus de Castro *conf. an operetur 10. V. 1.* intelligit, si creditor pactum exerceat contra singularem successorem *in continenti*, quando possessio translata est in ipsum. Si enim in *continenti* faciat, hoc spectare ad defensionem, non vero, quando ex intervallo, tunc enim potius dici vindictam, quæ privato non permittitur. Sed tamen præsupposita hac hypothesi, quod memoratum pactum validum sit, ut possit contra debitorem etiam resistentem exerceri, quia per dictam resistentiam videtur spoliari sua possessione, quam ideo in *continenti* potest ingredi, quare idem non facere liceat creditori contra singularem successorem resistentem, quia pariter in actu resistentiæ videtur spoliari, nec videtur ob stare, quod tunc tertius possessionem intervertere dicendus sit, cum primum illam accepit: nam imo illa possessio transit cum sua causa ad tertium, quæ est, quod hoc pactum possit exerceri, ut multis disputat Menoch. *de adipisc. possess. remed. 5. n. 125.* add. Gabriel *de comm. opinion. lib. 5. tit. de acqv. possess. concl. 8. n. 17.* Hoc certum, quod Creditor constituto pefessorio munitus, reo non solvente, in *continenti* mandatum manutenentiæ seu de non turbando contra ipsum debitorem impetrare possit, Ludov. Post. *de Manut. Obs. 20. n. 13.* Cardinal. Tusch. *Conclus. tom. 4. lit. 1. cap. 286. n. 16. & 17.* ubi afferit, quod non detur mandatum de manutenendo, illi qui se constituit nomine alterius possidere, quia abdicavit a se possessionem, eamque in adversarium transtulit. Post. *O. 57. n. 35.*

*Constitutum
quando operatur.*

§. XIX. Jus ad rem uno nomine dicitur *Obligatio*, hanc enim non ad primum sed secundum juris objectum referri statuimus. Respiciunt vero jus ad rem *pacta* & *contractus*. Circa *pacta* jure Rom. multum interest, an in *continenti* an vero ex intervallo adjecta fuerint; *Pactum* enim ex intervallo adjectum nullam producebat actionem *L. 13. C. de pact. L. 72. ff. de con-*

Pacta adjecta.



contrab. Emi. Quam tamen distinctionem in foro nostro non
 multum utilitatis habere cum Dd. Comm. tradit Brunn. *ad d.*
L. 72. de contrab. Emi. cum nostris moribus ex quovis pacto
 deliberato inito efficax nascatur obligatio. Quamvis Dn. Præs-
 ses in Disp. *Vindicia Pactorum juris Romani*, aliud statuat, quo
 curiosum lectorem remitto. Cæterum ut pactum tale efficax
 sit requiritur, ut super re honesta & licita initum fuerit, Lauterb.
in Comp. Jur. ff. de pact. Unde Pactum, ne dolus præstetur, non
 valet *L. 27. §. 3 ff. de pact.* Quod intelligendum de dolo futuro,
 ex intervallo enim doli renunciatio post contractum facta ina-
 nis non est, sed renunciantem omnino obligat, conf. Dn.
 Stryck. *C. C. S. i. cap. 4. §. 7.* Pacta excipiunt contractus, qui
 dispefci solent in reales, verbales, literales & consensuales. Ad
 reales pertinet Mutuum; ubi quæritur, an illi possit mutuari,
 qui in continenti pecuniam est consumpturus, maxime si id
 sciat, cum mutuaret? affirmativam tuetur Mozz. *de contract.*
Tr. de mutuo pag. 78. & 131. quæ tamen sententia indistincte pro-
 cedere non potest. Parum enim ad creditorem pertinet, an illico
 an post lapsum temporis mutua pecunia consumatur, siquidem
 ipso mutuo translaturum est dominium, & debitor moderator &
 arbiter suæ rei factus *L. 21. C. mandat.* Eatenus vero admitti pot-
 est, quatenus novit in turpes & inhonestos usus consumtum iri
 pecuniam, tunc enim mutuans ad luxum instrumenta suppe-
 ditaret, & similis se criminis reum faceret. De cetero civita-
 tem ex mutuo non aliter obligari, quam si in ejus utilitatem pec-
 unia versa, notum est ex *L. civitas 27. ff. de reb. cred.* ubi tamen
 sufficit, si probatum fuerit, pecuniam mutuo sumptam semel
 fuisse versam in utilitatem civitatis, ut nihil amplius referat,
 utrum utilitas ista etiamnum duret, an vero fuerit momen-
 tanea, e. g. si ex pecunia mutuata prædium emerit, illudque
 igne statim perierit, conf. Menoch. *lib. 2. A. F. Q. cas. 432. num.*
40. Molin. *de usur. qv. 37. n. 281.* Alii vero contractus ultro ci-
 troque obligatorii, in quibus commodum civitatis palam & in
 confesso est, valent, & executio fieri potest, etiam si in rem ver-
 sio non probetur. Hartm. Pistor. *qv. 37. n. 48.* Berlich, *Dec.*
 301.

An pecuni-
 am statim
 consumturo
 mutuari
 possit?

Civitatis
 obligatio ex
 mutuo.

§. XXX.

§. XX. Ab obligatione mutui immunis est filius familias *De Patre*
per Sctum Macedonianum, cuius tamen exceptio a parte pa- *mutuum filii*
tris cessat, si ipse rati habeat utpote tacendo ad epistolam qua fi- *rati habente.*
lius indicavit, se mutuum accepisse. Hinc Pater in continen-
ti debet protestari si nolit factum filii rati habere, alias literarum
acceptio & retentio mutui rati habitationem inducit *L. 16. ff. de*
Sct. Maced. ad quam legem notat Godofr. quod vocabulum
continuo ita accipiendum sit, ut recipienti literas non dene-
getur legendi, cogitandi, & consulendi peritiores tempus: Ve-
riformis enim consensus esse debet, qui presumptioni legis in-
nititur; Quod si vero testibus presentibus litera tradita, rece-
pta, lecta, tum recipientem & legentem obligari, nisi contra
protestetur, putat Capolia *Causel. 24.*

§. XXI. Mutuatario consultum est, ut tempus addatur *Mutuum*
instrumento mutui, quando hoc sit restituendum, alioqui in *quando re-*
arbitrio creditoris est quocunque tempore mutuum revocare, *vocari pos-*
quamvis non in continenti repetere possit, etiam si dixerit *sit?*
quamdiu mihi placuerit, sed tantum temporis spatium indul-
gere debeat, quo probabiliter mutuum in necessitates mu-
tuatarii impendi potuit, quod arbitrio iudicis determinan-
dum Menoch. *de A. F. Q. cas. 12.* Qua occasione non inelegans *Promissio de*
moveretur quaestio, an debitor si de restituendo confestim credi- *mutuo con-*
to (auff daß förderlichste) promissionem ediderit, an in continen- *festim red-*
ti absque interpellatione Creditoris in mora constituitur? *dendo.*
Dicendum putamus utur pure pecuniam mutuatus sit, tamen
eo ipso instanti, quo obligatur ad rem tradendam, non potest in
mora constitui, nisi convenerit ut certo die res traderetur *L. qui*
hoc anno 42. L. ad diem 77. L. 114. ff. de V. O. Igitur ut debitor in
mora constituitur, interpellatio & quidem instantanea praec-
dat necessum est *L. mora 32. ff. de usur. L. Titia Sejo 87. §. usuras*
de Leg. 2. Nec movet quod in obligationibus puris, quibus di- *An is qui*
es vel terminus satisfactionis appositus haud est, presenti die *pure debet*
debeatur *L. eum qui Calendis 41. in pr. & §. quoties ff. de V. O. si tam sol-*
U de sequi videtur, si presenti die non solvat, moram necesse *vere tene-*
ut hinc non immerito interesse ab ipso exigatur. Negamus enim *tur?*
hanc consequentiam, si in obligationibus dies non appositus,
E præ-

præsenti die pecuniam deberi, siquidem non aliter hoc accipiendum, quam ut statim ac tempore quocumque mutuum repetere creditori liberum sit, ita ut facta interpellatione debitor citra moræ periculum exsolutionem retardare nequeat, quo facit, quod vulgo dicitur, quando pura est obligatio, præsens est actio d. L. 41. §. quotiens L. cedere diem 213. ff. de V. S. imputetur creditor sibi, quod non vigilaverit, sed interpellationem hanc intermiserit, eo ipso enim tacite saltem in prorogationem mutui consensisse videtur. Si vero debitor non opus habeat pecunia, etiam brevi tempore post, creditor acceptationem recusare nequit, solius enim mutuatarii gratia hic contractus est celebratus, qui favori suo renunciare non est prohibendus L. pen. C. de paci. Quod tamen limitandum, nisi certum tempus pro interpellatione sortis der Losffündigung facienda, sit expressum, hoc enim præcise observari debet secundum naturam contractus & intentionem pacifcentium, adeo ut eo elapso, ne quidem in continenti moræ purgatio admittatur, pro ut eleganti præjudicio hoc declarat Berlich. P. 1. Dec. 134. de duobus mercatoribus inter quos conventum erat, daß die Aufsfündigung ein halbes Jahr zuvor auff Ostern oder Michaelis-Messe se geschehen solle, debitor denunciabat se soluturum elepsis jam Nundinis Michaelis, quamvis ita plus quam semestrem superesset bis auff die Oster-Messe, tamen decisum non teneri creditorem elapso semestri accipere creditum: cum enim ad opportunitatem temporis nundinalis contrahentes respererint, ideo præcise illud observandum fuit.

An debitor statim mutuum red- dere possit? Quid si re- gnatio sortis facienda?

Quid consi- lii si quis pe- cuniam mu- tuo acce- ptam putet esse alie- nam?

§ XXII. Contingit nonnunquam ut quis pecuniam mutuo acceptam suspicetur esse alienam, vel ut potestatem mutuandi non habuerit mutuans, qualis est pupillus, quo casu consultum esse putant mutuatario, ut in continenti pecuniam acceptam consumat vel expendat, cum ante consummationem nummi ipsius non fiant, sed ab ipso vindicari possint, per consumptionem vero concilietur mutuum per L. 13. §. 1. ff. de reb. cred. ubi tamen bona fides in mutuatario præsupponi debet, alias enim haberetur pro ficto possessore, qui dolo desit possidere. Ad indagandam vero bonam fidem iuramentum pot-



potest deferri, quo ordinariè illa exploramus, quæ in animo consistunt Seraph. *de privil. jurament. privil. l. n. 3.* Mascard. *de probat. Vol. 1. concl. 94. n. 4.*

§. XXIII. Si quis mutuo quamvis in speciem gratuito in *An mutuo* continenti subjecerit locationem, in qua se pensiones recepisse *secure adji-* confitetur, quas tamen non recepit, usurariæ pravitatis suspici- *ciatur* onem inde hauriri posse testatur Gemin. *conf. 16. per tot. add. catio?* Cœpoll. *Tract. de simulat. contract. col. 3. in fin. & seq. in 2. præ-* sumt. ubi inquit: ex vicinitate actuum sæpissime contractum *usurariæ pravitatis suspicione imbu.*

§. XXIV. De solenni exceptione non numeratæ pecu- *Renunciatio* niæ, quæ mutuo opponi solet, paucis adhuc dicendum, quod *exceptionis* hujus renunciatio in continenti & eodem instrumento facta *N. N. P. in* valida non sit, si vero ex intervallo repetatur, in separata sche- *separata* dula, effectu suo non destituitur Gallerat. *de Renunc. Tom. 2. Schedula* *cent. 2. renunc. 124. n. 14.* Hinc vulgata illa cautela penitus o- *facienda.* tiosa, quando in Instrumentis obligatoriis mox ab initio post confessionem mutui subjicitur hujus exceptionis solennis re- *nunciatio*; quis enim nescit tales obligationes conscribi et- iam ante numerationem, & inde clausulas spe futuræ obligati- *onis inferi*, quæ spes cum sæpe fallat, non eapropter exceptio- nes juris denegandæ. Equidem Zing. *de Except. P. 3. c. 14. num. 38.* existimat idem esse, an quis simpliciter confessus se pecuniam accepisse, an confessus se retro accepisse ante aliquot dies vel septimanas; addita ratione: quod qua facilitate spe futuræ numerationis fateatur, se pecuniam accepisse, eadem quoque fatebitur se ante aliquot dies accepisse. Veruntamen hæc sententia aliter admitti non potest, quam si illa confessio, se ante aliquot dies accepisse, in ipsâ Obligatione principali facta, hæc enim cum ante numerationem scribatur, nil certi inde colligi valet; quod si vero post datam obligatio- nem intercedente intervallo fateatur, se pecuniam in obliga- *tione expressam accepisse*, ratio ista omnino cessaret, cum nulla spes sublit, quæ me ad hanc ex intervallo factam confessionem, movere potuisset. *conf. Dn. Brunnem. ad L. 4. C. de non num. pecun.*

Commodato § XXV. Alter contractus realis est Commodatum, cui statim cau-tele adjicienda. An commodatum post tempus praefinitum semper revocari potest? Res commodata deteriorata reddita.

§ XXV. Alter contractus realis est Commodatum, cui statim cau-tele adjicienda. An commodatum post tempus praefinitum semper revocari potest? Res commodata deteriorata reddita.

commodans quascunque cautelas in securitatem adjicere potest scilicet ab initio, ex intervallo enim postquam res jam commodata ipsi hoc non permittitur per *L. 17. §. 3. ff. Commod. De cetero* quæri solet, si commodatarius impeditur uti recommodata intra tempus expressum vel tacitum & quidem casu fortuito, an nihilominus elapso tempore incontinenti revocari possit? Affirmativa omnino amplectenda est, quia ille casus fortuitus proprius magis nocere debet commodatario qui certat de lucro captando, quam commodanti qui certat de damno vitando conf. *Colleg. Jur. Argenti. vis. commod. th. 14. n. 1. Barbosa. in C. ad L. 2. n. 4. commodat.* Quid vero si commodans rem deterioratam receperit a commodatario nulla statim facta mentione refarciendi damni, an eo ipso interesse suum remisisse censeri potest? Nihilominus ipsi salvum est, sive sciverit sive ignoraverit damnum illatum esse, interesse suum persequi vid. *Struv. in Dec. Sabbath. de Conven. & contr. act. cap. 5. dec. 6.* Nemo enim actioni semel natae renunciasse censetur; cum ergo actio commodati ad refusionem damni semel nata sit, liberum sane commodanti fuit, an in continenti an ex intervallo actionem hanc instituere velit; sola vero rei commodatæ receptione damni refusionem remisisse dici non potest, quia nulla remissio præsumitur sed liquido probanda *Barbof. Thef. Ax. lib. XIV. c. 36. ax. 2.*

Precarii revocatio. § XXVI. Cum commodato affinitatem habet precarium, hoc vero omni temporis momento est revocabile ob æquitatem videlicet naturalem juxta *L. 2. §. 2. ff. de Precar.* ubi dicitur: quod natura æquum tamdiu te mea liberalitate uti, quamdiu ego velim, & ut possim revocare cum mutavero voluntatem. Et tamen precarium concedens in continenti illud revocare non potest, sed aliquod temporis intervallum arbitrio judicis moderandum denegari non debet, siquidem beneficio adjuvari non decipi oportet *Menoch. de A. F. Q. lib. 2. cas. 23. in fin.* Interim ut ad certum tempus concedatur, ita ut revocari non possit, hoc jure Civili pacisci non potest per *L. 12. ff. de precar.* ubi dicitur: nulla vis est hujus conventionis, ne rem alie-

An ad certum tempus concedi potest?

alienam Domino invito possidere liceat, quamvis moribus ut eiusmodi pactum sustineatur parum dubii subsit. Vis etenim pactorum moderna per rationem L. 12. ff. de Precar. infringi non potest. Nec absolute verum pacto effici non posse, ut rem alienam domino invito possidere liceat; dominus enim hic revera invitus non est; cum ab initio in conditionem temporis consenserit add. Dn. Brunn. ad L. 12. ff. de Precar. Et quod ita ipsi semel placuit postea displicere non debet add. L. 17. §. 1. ff. Commodat.

§. XXVII. Commodato succedit depositum, de quo in *Revocatio*
L. pen. C. de pos. dicitur, quod depositarius sine ulla dilatione de- *Deposit.*
ponenti statim atque voluerit rem depositam teneatur restituere Perez in C. ad cit. tit. n. 13. Bart. ad L. 10. C. eod. nec indulgetur illi tempus quadrimestre ad rem in specie restituendam, prout cæteris iudiciis personalibus damnato permittitur L. 2. C. de usur. rei iudic. Hoc enim illis tantum conceditur qui ad certam pecuniam vel quantitatem restituendam condemnati, cum hanc nemo in promptu habere præsumatur vid. L. fin. C. de Execut. rei iud. ob quam rationem quoque in deposito irregulari hoc spatium non denegandum videtur; nec admittitur compensatio L. ult. C. de Compens. nec doli aut non num. pec. vel alia quævis per modum exceptionis intentata reductio aut retentio. L. 14. C. de non num. pecun. Sichard. in Cod. ad L. 11. de pos. licet ob expensas necessarias Zoesl. ad ff. h. n. 29. ut ut contraria sententia æquior videatur, cum obtet repenti depositum exceptio doli, quod expensas necessarias in ipsam rem depositam factas refundere nolit e. g. ne res deposita in manus hostium deveniret. Quamvis enim in d. L. 11. C. nec huic exceptioni locus esse dicatur, id tamen de illis prætensionibus tantum intelligendum, quæ non ex ipso deposito sed ex debito quodam extraneo oriuntur conf. We- *An sine ulla exceptione restituendum?*
senb. ad tit. de pos. th. 15. Non minoris momenti ex eadem lege *An restitutio denunciatio- ne credito- ris impediri potest?*
pen. sub. fin. deducitur hoc depositi privilegium, quod creditor deponentis, depositario, ne depositum, donec sibi satisfactum sit, restituat denunciare non possit Dn. Hahn. ad Wesenb. *potest?*
tit. de pos. n. 5. Et si forte denunciatum fuerit, depositum ni-

hilominus in continenti, repetenti deponitori restituendum est, modo tamen deponens, se contra creditorem denunciante[m] defensorum esse depositarium idonee caveat Peretz in C. d. l. n. 14. Gudel. *tr. de jur. noviss. lib. 3. cap. 2. §. ult.* Depositum restitutionem vero esse denegandam, si ad petitionem cuiusdam a iudice res arrestata fuerit, usque dum arrestum relaxatum tradit Struv. *Dec. Sabbath. de convent. & contract. cap. 5.*

An ante di-
em additum
restitui de-
bet depose-
tum. Res quoque deposita ante diem additum pro lubitu deponentis in continenti restitui debet L. 4. §. ff. *depos.* ibi: possum agere, item: mutare voluntatem. Regulariter enim depositarii nihil interest rem depositam apud ipsum diutius relinqui, potius per repetitionem a molestia custodiae liberatur. In quocunque contractu vero alterius interesse cessat, ibi poenitere quocunque tempore possum conf. Barbof.

De revoca-
tione deposi-
ti irregula-
ris. Thes. *Ax. lib. 14. c. 55. axiom. 4.* hinc an in deposito irregulari obtineat, dubium est: Res enim hic ad certum usum concessa, ergo ante finitum usum non revocanda *arg. L. 17. §. 3. ff. commodat.* Licet non majus spatium utendi hoc casu ipsi depositario indulgendum esse quam in precario, velit Molinaeus *Tr. de usur. n. 630.* quod tamen vix obtinere potest, cum in deposito irregulari certus usus exprimat[ur] ad instar commo-

An depositum invito deponenti restitui potest? dati add. Dn. Stryck. C. C. S. 2. c. 1. §. 11. An vero perinde ut deponens pro lubitu rem depositam repetit, sic quoque depositarius, quandocunque ipsi placuerit, depositum invito neque reposcenti deponenti restituere poterit? Affirmat Treutl. *Vol. 1. disp. 26. thes. 5. sub Lit. b.* ex hac ratione, quod depositarius tantum ad rem restituendam non etiam ad servandam teneatur. Castr. *in L. 1. §. pen. & in L. 17. ff. de depos.* recte vero contrarium propugnat Richter. *Tr. de Contr. disp. 5. ib. 1. qv. 2.* ubi rationes hujus assertionis praegnantissimas una cum responsione ad d. Treutleri obstaculum evidentissima reperire licet; Sane deponenti ex recepto deposito semel jus quaesitum & necessitatis factum, quod ab initio fuit voluntatis, juxta L. 5. C. de O. & A. Quamvis enim ipse ad perpetuandam tuam rei custodiam non obligetur, retinere tamen tenebitur

eo usque, quousque causa depositionis durat, utpote absentia-
lis mota &c. Quod si tamen iusto diutius se extendat hæc custo-
dia vel aliud impedimentum supervenerit, propter quod cu-
stodiam continuare non possit, magistratum adire consultum,
quo hujus autoritate ab hoc onere liberetur vid. Vinn. in Com.
Inst. ad §. 3. quib. mod. re contrab. oblig. n. 2. conf. Cothm. Conf.
62. n. fin. Ut vero privilegia depositi locum obtineant, circa Cautela cir-
pecuniam depositam ipsi deponenti omnino cavendum, ne ea pecuniam
mox ab initio pecuniæ depositæ & non consignatæ usum peten- depositam.
di concedat; sic enim plane non erit depositum, sed statim de-
generat in mutuum Franzk ad ff. iii. de pos. cum e contra si usus
ex post facto concedatur ad petitionem depositarii transeat pe-
riculum in depositarium, si vero deponens offerat tunc distin-
guendum est, quo tempore pecuniam moverit depositarius,
tunc demum enim in mutuum incidit depositum, & do-
minium non prius transit in depositarium quam cum ean-
dem moverit add. Lauterb. iii. Depos. ibique Dn. Stryck.
in Annot. ubi plures effectus insignes hujus doctrinæ osten-
dit.

§. XXIIIX. Sequitur pignus: de cujus varia acceptione
videri potest Lauterb. ad tit. de pign. act. pag. m. 230. Nobis in Contractus
præsenti pignus est contractus realis quo res in securitatem pignoratiti-
debiti traditur, ut eadem soluto pignoris vinculo in specie re- us.
stituatur, sicuti accipitur in §. fin. 7. quib. mod. re contrab. obli-
gat. De nativitate actionis pignoratitiæ admodum sunt soli nativitas a-
citi Dd. Nos existimamus actionem pignoratitiam protitionis pi-
gnus nasci atque obligatio perfecto contractu inducta est, gnoratitia.
quam opinionem etiam tuetur Sutholt. Disp. 12. aphor. 15.
Hanc vero debitor movere per dispositionem juris non impe-
ditur (de quo casu L. i. C. de annal. except. loquitur) sed in po-
testate ejus est, quandocunque actionem pignoratitiam di-
rectam instituendo pignus a creditore repetere velit. Hinc Pignoris lu-
pignoris luitioni posse jure civili præscribi verior est senten- itioni 7. Civ.
tia, cum hoc jure præscriptio longissimi temporis nec titulum poteß præ-
nec scribi.

*Secus jura
Canon. &
moribus.*

nec bonam fidem adeoque nec civilem possessionem desideret
Bachov. *de pignor.* 2. 1. *th. fin.* sed jure Canon. negativa obtinet,
eaque non modo in Camera Imperiali, verum etiam moribus
ubique ferme recepta est Carpz. 2. 1. 3. Brunn. 5. *Dec.* 52. Inde
ergo si ab initio constet de pignore, creditor jus reluendi
non præscribit, etiamsi illud per mille annos possederit Coth-
man. 2. *Resp.* 70. n. 113. Thoming. *Vol.* 2. *Conf.* 11. & Zasius
ad §. 28. *J. de act.* ubi asserit, se sua ætate vidisse Nobiles ad-
liquot pauperes ex eo divites factos, quod admisi essent ad
redimendum feuda ante annos 200. a majoribus suis oppi-
gnorata, add. Mynsing. *Cent.* 1. *Decad.* 4. *Resp.* 31. ubi itidem te-
statur eam sententiam adeo Camera Imperialis Assessorum
placuisse, ut multa oppida & civitates, quæ ante ducentos an-
nos oppignoratæ redemptæ ac pristinae jurisdictioni ex refer-
vata relutione restitutæ fuerint. Ceterum jure statutorio Min-
densi juri luendi pignus præscribi posse manifestum est *ex lib.*
1. tit. 16. art. 11. tum ne rerum dominia incerta sint, §. 1. *J. de*
usucap. tum quod is qui tanto tempore res suas non curavit pro-
derelicto easdem habuisse censendus sit juxta Ludovic. Molin.
Tom. 1. *de iust. & Jur.* *Tract.* 2. *disp.* 76.

*Pactum pi-
gnoris com-
missorium.*

§. XXIX. Pignoribus adjici solet pactum Commissori-
um, quo inter creditorem & debitorem ita convenit, ut si tem-
pore destinato debitum non solvatur, res oppignorata pro
quantitate debita pleno jure adquiratur, ubi disquiri solet, an
hoc pactum firmitatem habet? sunt qui distinguunt an fuerit
adjectum in continenti, an ex intervallo: priori casu sine du-
bio reprobatum est per *text. in L. quamvis ff. de solut.* Postero-
ri vero casu valere saltem quoad excipiendum vel retinendum
tradunt Neguf. *de pignor.* P. 4. n. 6. Tiraqv. *de utroque tract.*
P. 2. *in præfat.* n. 7. ubi plures consentientes adducit, add.
Covarr. *lib.* 3. *variar. Resol. cap.* 8. n. 1. ubi dicit, quod hoc
Etiam ex in-
tervallo ad-
jectum re-
probatum.
arridet eorum sententia, qui indistincte sive in continenti si-
ve ex intervallo adjectum fuerit, pactum hoc reprobant, &
quidem tum ob generalitatem legis, tum etiam quod & po-
ste-

steriori casu debitor metuat creditorem eo citius revocaturum pecuniam, si in hoc pactum non consentiret. Accedit quod non solum inopia debitoris causa prohibitionis sit, sed potius fraus & captio creditoris, quæ certe eadem sive in continenti sive ex intervallo adjectum appareat. Hoc tamen pactum li-
Valet pa-
citurum ut cessante debitore intra certum tempus solvere, iusto *etum emri*
pretio pignus sit venditum *L. 16. §. ult. de pignor. L. 34. de pign. pignoris.*
act. Carpz. lib. 5. Resp. 12. Videlicet: Lex commissoria hanc præprimis ob causam in pignoribus non toleratur, quod debitor pecuniam mutuam accipere cupiens, rem longe pretiosior rem supponat & sic ejusmodi pacto quam maximo afficiatur damno, contra vero creditor dolosus non mediocre lucrum capiat: cessante ergo causa, ipsa prohibitio cessare debet: nec enim addicitur res creditori pro minori quantitate quam revera valet eo tempore, quo in solutione cessavit debitor. Interim omnino cavendum ne nimis tempus angustum, intra quod solutio faciendi determinetur, hoc enim fieret in fraudem legis, & quod directo non consequeretur creditor, per indirectum esset habiturus, ut sic ratio prohibitionis non cesset; ita enim debitor egens pecunia constringeretur & deciperetur, dum pro vilissimo pretio rem sæpe pretiosam creditori relinquere obligatus esset vid. *Brynn. ad L. 1 ff. de L. Commissor.* Ceterum pignus cum pecunia deberi coepit neque soluta est a creditore in continenti vendi potest, nisi prohibeatur lege, i. e. expressa conventionione contractus, nam si expresse convenerit ne distrahat, trina denunciatione per arbitraria intervalla opus est conf.
Struv. S. J. C. Exerc. 26. ib. 44. Ratione hypothecæ adhuc ob-
Utilitas hy-
servandum, quod specialis magis afficiat rem quam generalis, *pothecæ*
hinc si debitor hanc rem distraxerit creditori in continenti non *specialis.*
excusso prius debitore contra emtorem vel possessorem pignoris, datur actio ad repetendam rem *Nov. 122. cap. 1. Carpz. Dec. 12. num. 13. & Dec. 258. n. 2.* Quod aliter se habet in hypotheca generali, ubi non nisi excusso debitore contra possessorem rei obligatæ generaliter, agere licebit. *Brunneman. 1. Decis. 47. Nov. 4. c. 2.*

F

§. XXX.



Emtio venditio.

§. XXX. Progredimur ad contractus consensuales, ubi primum se offert Emtio Venditio, quam perficit consensus contrahentium modo sit simultaneus Lauterb. *Comp. ff. de contrah. Empt.* Quod ita quidem verum est ut obligatio empti non sit perfecta, nisi postquam uterque consenserit, id tamen præcise opus non est, ut hic consensus sit contemporaneus, sed sufficit, modo post aliquot dies ante revocationem emtoris venditor consensum exprimat, ad solennia siquidem stipulationis tantum pertinet, quod ab utraque parte interrogatio & responsio intervenire debeat in continenti, hinc si unus per literas alteri indicaverit, se ipsi ædes pro 100 Thal. relinquere velle, nondum nascitur obligatio, nisi postquam alter acceptaverit & eandem literis declaraverit Dn. Stryck. *in Annot. succincl. ad Lauterb. iii. de contrah. empti. pag. 482.* An in emptione venditione

An penitentia hic permissa?

in continenti antequam secedunt partes sola amissione arrhæ penitentia sit permissa quæritur: de jure communi prævalet sententia negativa vid. Hopp. *Comm. Inst. pr. de Em. vendit.*

De fide habita.

De fide habita hic monendum, quando in hoc inductus est venditor, ut fidem habeat de pretio, illo tempore, quo jam emtor non amplius solvendo erat & in hoc fuit, ut statim foro cessurus esset, dominium in Emtozem non transit, secus vero si postea, licet in continenti fallitus fiat Gail. 2. *obs. 15. Mod. Pist. P. 2. qv. 60. Ant. Faber. lib. 3. C. iii. 7. def. 6. Carpz. 1. 28. 28.*

Pactum Legis Commissoriae quando adijciendum?

§. XXXI. Emtioni venditioni adijci solet pactum legis commissoriae, ubi convenit, ut si ad certum diem non solvatur pretium res sit inemta L. 4. C. de pact. inter empt. & vendit. Ut vero per hoc pactum venditio ipso jure resolvatur multi requirunt, ut in continenti sit adijciendum, quale censetur quod simul cum ipso contractu inritum, cum si ex intervallo adjectum fuerit, non operetur resolutionem contractus ipso jure Gomez. *Tom. 2. variar. Resol. cap. 2. n. 39. Conf. Henr. Zæf. ad ff. de Leg. Commiss.* Et tamen propter pactorum efficaciam hodie etiam ex intervallo pactum hoc fieri posse statuit Brunnem. *ad L. 1. ff. de Leg. Commiss. n. 6.* Observandum vero si legi commissoriae certus dies adjectus, quod illo elapso venditor in continenti expresse vel tacite se hac lege usurum se declarat, electione

ctione enim semel facta e. g. si ulterius spatium solvendi emtori concesserit, non potest postea dicere contractum nullum, eo ipso enim jus alteri quaesitum, tacite vero huic legi renunciaffe videtur venditor per petitionem pretii judicalem *arg. L. 15. ff. rem rat. hab.* Extrajudicialis vero non sufficit, quia juri semel quaesito renunciaffe non censetur, nisi actus sit talis, ex quo nulla alia conjectura capi possit, utpote si quis vel partem pretii receperit vel usuras *Struv. S. J. C. Exerc. 29. th. 39.*

§. XXXII. Sequitur pactum de retrovendendo, quod si *An Pactum*
initum in continenti cum aliis conjecturis arguit contra *de retroven-*
ctum simulatum & usurarium vid. *Tiraqv. in Tr. de utroque dendo*
retract. P. 2. in Praef. n. 6. Coepoll. in Tract. de simulat. contract. sit usurari-
presumt. 1. Et tamen passim a Dd. pactum hoc licet ex inter-
vallo appositum rejicitur, cum ab usurariis in fraudem usura-
rum ex intervallo dolose apponi soleat, ut idcirco non debet
contractum justum & sincerum facere. *Cravett. conf. 558. n. 18.*
ipse *Tiraqv.* hoc advertens *loc. cit. n. 8.* Distingvendum puta-
mus an versemur in homine qui sit probatus consuevisse scenerari, an secus: priori casu pactum hoc ex intervallo appositum non debet juvare malitiam sceneratoris. Posteriori vero hoc simpliciter reprobandum non est *conf. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. Cas. 13.* Hoc disquiri solet, an si pactum de retrovendendo *An emtio*
primae venditioni appositum, praestatio laudemii debeat *? dissoluta*
Respond. in continenti si fuerit appositum praestationem lau- *laudemium*
demii non requiri, secus vero si ex intervallo adjectum, tunc *exigi potest?*
enim merito a domino exigere potest *Richt. Dec. 81. n. 73. Berlich.*
Dec. 47. & 53. ubi etiam tadit si ex intervallo pacti hujus facta
sit remissio, laudemium domino denuo esse solvendum, jam enim erat jus domino quaesitum, cum e contrario si partes a contractu discesserint in continenti i. e. antequam diverterint ad extraneos actus, nullum laudemium exigere possit, nequidem ex primo contractu, qui perinde habetur ac si plane non esset celebratus, cum pro perfecto non sit habitus *L. contractus C. de fid. instrum. arg. L. si ita quis ff. de Legat. 1. add. Tiraqv. de utroque retract. P. 2. §. 6. gl. 2. n. 6. & seqq.*

F 2

§. XXXIII.

*Retractus
gentilicium.*

§. XXXIII. De retractu & quidem gentilicio observamus quod necessum sit, ut quis sibi retrahat solum, non vero in utilitatem alicujus tertii & in fraudem emtoris illam revocationem instituat, nemini enim fraus & dolus suus patrocinari debet *L. 12. ff. de dol. mal. ne ex aliena malitia alteri emergat damnum per L. ult. C. de acq. vel. retin. possess.* Fraus vero inter alia ex hoc colligitur, si aliquis post retractum in continenti rem illam in alium transfudit *arg. L. 51. venri 24. §. 3. ff. de reb. autor. judic. possid.* Institui vero debet retractus secundum mores communiter fere receptos intra annum & diem *Gail. 2. obs. 19.*

*Tempus
temporis
quomodo
hic institu-
enda?*

*Quando
tempus non
currit?*

Berlich. P. 2. concl. 40. Utrum vero in continenti a tempore in-
iti contractus & celebratæ emtionis venditionis spatium hoc
faum capiat initium, an vero a tempore factæ demum traditio-
nis computandum sit, *Dd.* inter se controversunt. Prius pla-
cet. *D. Struv. S. 7. C. Exerc. 23. th. 64.* posterius vero tucur
Berlich. cum citat. P. 2. concl. 40. n. 33. cujus tamen rationes non
movent ut calculum perfecte scientibus *Tiraqv. §. 36. gl. 2. num.*
30. Sic quoque cursus hujus temporis fititur si inter emtorem
& venditorem oriatur controversia, puta sineget emptionem
vel eam aliter impugnet, & ita terminus annuus præterlabatur,
tunc enim a tempore litis finitæ illud computandum esse tra-
dit *Tiraqv. de retract. §. 1. gl. 10. n. 36.* Similiter si inter em-
ptorem & consanguineum suboriantur lites, puta si consangvi-
neus contendat rem suam esse eamque vindicet, tunc si in illo
judicio succumbat intra annum a tempore rei judicatæ, nihilo-
minus admittitur per *L. contra majores 16. C. de inoff. testam.*
Tiraqv. d. l. n. 40. nisi dolo id factum fuerit. *L. cum quidam 14.*
ff. de bonor. possess. id. Tiraqv. n. 43. ubi plures adfert limitatio-
nes. Hoc notandum quod annum tempus tam striete observe-
An purgatio moræ hic ad- tur, ut ne quidem purgatio moræ in continenti admittatur, licet
mittatur? etiam consanguineus duorum aut trium dierum imo saltem di-
midix horæ interventu morave post tempus elapsum bona re-
trahere concupiscat *Gail. 2. obs. 29. n. 15. seqq.* quia hic annus est de
forma retractus, forma autem præcise observanda est *L. oblig. 9.*
§. tutor

§. tutor statim ff. de autorit. tutor. Hoc tamen limitandum, nisi justum quoddam impedimentum intervenerit, puta, ob aegritudinem vel incursum latronum vel hybernum tempus, quominus intra annum haud uti poterit, tunc enim injuste excluderetur L. i. C. in fin. de annal. excepti. Matth. de Afflict. Tr. de jur. retract. §. ut intra 30. dies n. 24. impeditus enim pro negligente non habetur.

§. XXXIV. Emi quoque vendique inter alias res pos-
sunt annui census, in quibus ut omnis usuraria pravitas evite-
tur, Ord. Pol. de ann. 1548. tit. Bon Bucherl. Contracten ex-
dituum, presse cautum, ne emptor pacto quodam fortis redemptionem
sibi reservet; quod aliqui explicant si in continenti ejusmodi pa-
ctum appositum fuerit, ex intervallo enim si accesserit, contra-
ctum non vitare vid. Hartm. Pistor. lib. 1. obs. 63. n. 3. ubi Scab.
Lipf. sic pronunciasse testatur: cum usuraria pravitas interve-
nisse dici nequeat ex eo, quod fit ex intervallo Carpz. P. 3. C. 24.
d. 19. ut hinc cessare prohibitionis ratione ipsam prohibito-
nem quoque cessare dicendum sit.

§. XXXV. Tignum ædibus junctum si ita vendatur ut De signo
destruantur ædes, poena dupli fisco inferenda locum habet L. juncto.
32. ff. de contrah. empt. quod ob publicum interesse ne urbs ru-
inis deformetur, prohibitum; succurri tamen potest vendi-
tori, si cautionem præstet de re in continenti in pristinum sta-
tum restituenda. Si enim ædes destruere licet, ut commodio-
res exstruantur, licebit quoque hac ratione tignum eximere,
quia sic ratio prohibitionis cessat.

§. XXXVI. Ad naturalia emptionis venditionis pertinet
præstatio evictionis, ubi quaeritur si casus evictionis certus
illico immineat, an oblata satisfactio emtor pretium solve-
re teneatur? Negativam tenet Mev. 7. Dec. 388. & 4. Dec. 357.
Debet vero emtor qui pretium propter imminens periculum
evictionis retinet, ad evitandam moram illud in judicio depo-
nere vid. Carpz. 2. 34. 38. Ceterum rem alienam a fisco emens
statim ejus dominus fit nec usucapione opus habet §. fin. F. de
usucap. quod in publicam utilitatem ideo constitutum, ut fi-
scus eo facilius emtorem inveniat. Quamvis vero Peretz in
Cod.

Cod. de quadrienn. præscript. n. 4. moribus putet actionem adversus emptorem domino competere, tamen de observantia cit. §. Grænw. *de usuc. & Anton. Fab. in Cod. d. 1.* testantur, ut de ea in Germania eo minus dubitandum sit. Ne tamen tertius jure suo quod in illa re vendita habuit, privetur, conceditur ei contra Fiscum actio intra quadriennium ad pretium illius rei consequendum add. Brunn. *ad L. 3. C. de quadr. præscr.* Alias venditori observandum, ut in casum non soluti pretii in continenti tempore contractus sibi reserret hypothecam in re vendita, post traditionem enim ex intervallo si fecerit, non præfertur creditoribus generalem hypothecam habentibus, quia horum hypotheca illam rem affecit, antequam venditori constitueretur hypotheca Brunn. *ad L. 7. C. qui pot. in pign.*

Actio edilitia,

§. XXXVII. Circa actionem Edilitiam adhuc notare lubet, quod venditori imputetur, si in continenti post emptionem emptor morbum siue vitium senserit, quia tunc præsumitur etiam fuisse tempore venditionis scil. si intra triduum appareat Carpz. *P. 2. c. 34. d. 18.* Peretz. *ad Cod. tit. de edil. act.* Si vero post triduum intereat animal, vitium supervenisse præsumunt Dd. Hahn. *ad Wesemb. tit. de Edil. Edict. in fin.* quod si tamen post triduum moriatur, ex sectione vero & inspectione intestinorum constare possit, morbo equum laborasse ante venditionem, nihilominus adhuc periculum erit venditoris Dn. Stryck. *in Annot. ad Lauterb. tit. de peric. & commod. rei vend. pag. 542.*

Locatio conductio etiam ex tacito consensu ab initio.

§. XXXVIII. Venditionem excipit locatio conductio, quam tacito utriusque consensu statim ab initio vix contrahi posse colligunt ex §. 1. *J. de locat. & conduct.* vid. Bachov. *Vol. 1. D. 29. th. 1. lit. c.* ubi hanc rationem assignat, quod contractus verus, cujusmodi est locatio, a quasi contractu hac qualitate conventionis distinguatur, adeoque locatio non videatur nisi expresse celebrari posse. Veruntamen hæc ratio omnino non stringi, siquidem contractum verum eumque tacitum manifesto vitio confundit. Videlicet verus contractus est,

est, qui verum habet consensum sive expressus ille sit sive tacitus, quasi contractus qui praesumptum, qualis etiam in ignorantibus, ut & his qui nec tacite consentire possunt, occurrit, ex facto a lege in id qualificato. Indeque tacita quidem obligatio per quasi contractum *L. 3. § ult. de commod.* sed non ex tacita voluntate oritur. Differentia hæc in mandato & negotiorum gestione inprimis conspicua est vid. *L. 6. §. 2. L. 18. mandar. L. 4. 1. de Neg. gest.* Hinc tacito consensu locationem etiam ab initio contrahi posse non dubitamus, ut puta si quis sciente & patiente domino inhabitet, & singulis annis certam pensionem lege & moribus jam determinatam solvat *arg. L. 37. ff. de contrah. empt.* Tunc enim videtur unusquisque ad illam mercedem se obligasse, quam solvere moris erat in illo loco, vel quam lex requirebat, *L. exceptio 18. C. Locat. conduct.* Ant. Gomez. *Tom. 2. Var. Resol. cap. 3. n. 4.*

§. XXXIX. Locatio est vel operarum vel rerum; Ope- *Famulis*
ra est vel locari solita vel fecus. Prius obtinet in famulis & *quando non*
ancillis, ubi notandum, quod ipsis inter perbreve tempus sta- *debeatur*
tim e famulicio discedentibus, cum nulla eos dimittit vel ex- *merces?*
cusat iusta causa, quo servire debeant, nulla debeatur merces,
& si soluta sit iuste repeti possit *Mev. ad J. Lubec. lib. 3. tit. 7.*
art. 5. n. 4. Et si illorum copia haberi non potest, cogendi
sunt, ut per totidem dies quibus abfuerunt adhuc serviant id.
Mev. cit. loc. n. 5. Servorum enim & ancillarum fuga domi-
nis ex quacunque causa damnosa esse non debet *arg. L. 1. C. de*
serv. fugit. iuste vero discedunt ante finitum tempus ob duri-
tiam dominorum *arg. §. fin. J. de his qui sui vel alien. jur.*
non etiam ob quamcunque correctionem vel moderatam casti- *Quid si do-*
gationem juxt. *Bachov. V. 1. D. 29. th. 2. in fin.* propter indolem *minus cau-*
scil. domesticæ disciplinæ cui per locationem tacite se subji- *sam migra-*
ciunt servi *arg. L. unic. C. de emend. propinqv.* quanquam *tionem dede-*
etiã castigatio regulariter illicita sit, nisi domino simul in per- *rit?*
sonam famuli vel ancillæ aliquid a parentibus commissum
Dn. Stryck. in Nov. ad Lauterb. tit. Loc. conduct. p. 565. ipse
dominus vero qui servum ex quo admisit in continentem ite-
rum dimisit, totius anni mercedem solvere tenetur *Carpz. P.*
3. Dec.



3. Dec. 264. nec famulos ægros statim domo esse expellendos sed commiserationis rationem habendam tradit Struv. S. J. C. Exerc. 26. ib. 22.

Artifici opus
conficienti
quando de-
beatur mer-
ces?

§. XL. Si ab artifice opus aliquod ex locatione confi-
ciendum sit, ut brevi tempore & sumptu exiguo perfici queat,
merces non prius debetur nisi perfecto opere. In eo autem
quod & magnos sumptus & tempus longius requirit, sicuti quo-
ad illud operæ particulariter præstantur & successive, ita etiam
merces per partes solvi debet, postquam opus ceptum produ-
citur arg. L. 13. §. 9. de act. empt. vendit. Ut tamen artifex u-
nam vel alteram pensionem accipiens satisfacere teneatur, quod
in opus illam impensurus sit L. 58 §. fin. ff. locat. Franzk. ad D.
iii. locat. n. 187. & seqq.

Salarium
quando sol-
vi oporteat
Advocatis?

§. XLI. De Saliariis Advocatorum, quo tempore scilicet illa
debeantur, frequens solet esse disceptatio; Sunt enim qui pu-
tant, statim ab initio litis illud solvendum esse: cum in hono-
rariis, quo salarium istud referatur L. 1. §. 12. de extraord. cog-
nit. benigna interpretatio locum habeat. Alii vero in me-
dio litis exactioni locum esse dicunt; Ceteri in fine litis sta-
tuunt; illud pendendum esse. Nobis considerandum esse
videtur, an conventio ejus gratia intra Advocatum & cli-
entem inita sit, qua cessante ad arbitrium judicis recurren-
dum erit: qui pro qualitate causarum rem decidet, ut si le-
vis fuerit & celeris expeditionis, finita causa salarium Advo-
cato adjudicandum, qui facili opera & citra temporis tra-
ctum vel jacturam præstare operam suam clienti poterit; Si
vero ardua causa sit Advocatus audiri debeat, qui partem sala-
rii ab initio litis vel imminente saltem ea expetit, quod &
parti proficuum erit, ut nimirum in re gravi multumque la-
borem poscenti, eo magis Advocati industria excitetur. Non
minus quoque de Medicis arbitrio judicis statuendum, siqui-
dem nec ad eos applicari poterit simpliciter L. 6. C. de Oper. li-
bert. ubi non nisi perfecto opere faciendam esse retributio-
nem illis qui operam suam debent, constituitur.

quando Me-
dico?

§. XLII. Rei locationem quod attinet, quæritur an in
continenti conductor mercedem locatori solvere teneatur?
pari-

pariter ante omnia hic observandum putamus, quod inter partes contrahentes actum *L. 6. C. de pact. hoc deficiente respici debet consuetudo regionis L. 34. de R. J.* hac autem cessante merces solvi debet tempore demum locationis finito juxta *L. 13. §. 8. de action. empt. vendit.* Si vero plurium annorum locatio sit, distinguendum est, an unica pensio pro omnibus annis constituta, an distributa sit per annos singulos. Priori casu finita locatione solutio fieri debet; posteriori, cujuslibet anni in fine ejus præstetur; si vero vel unam portionem non solvat conductor, statim ante finem locationis expelli potest *L. 3. C. de locat. conduct. conf. L. 54. §. 1. ff. eod. add. Franc. Niger, Cyriac. lib. 1. contro. Forens. cap. 158. n. 10.* adeo ut nec opus sit expectare aliquod breve tempus, cum conductor hoc prævidere potuerit *Cyriac. d. cap. n. 10. & 110.* quod merito tamen iudicis arbitrio relinquendum & prævia potius cognitione causæ faciendum.

§. XLIII. Propter damnum in fructibus contingens re-
 missionem conductori faciendam statuunt communiter. *Quando*
 Ex fructus a quo tempore vero fructus conductor percepisse dicendus sit, *conduktore*
 ita ut ad periculum obligetur, variis modis controvertunt Dd. *dicuntur*
 Aliqui sufficere putant quamprimum a fundo separati fue-
 rint, alii vero ad, plenam perceptionem, collectionem in
 horrea exigunt, Hahn. ad. Wesenbec. tit. locat. Carpz. P. 2. c.
 37. d. 20. n. 8. ceteri ut frumentum spicis exeuissum fuerit &
 granariis illatum requirunt. Richt. Dec. 81, n. 26. Franzk. ad
 D. tit. locat. n. 150. Sed posteriores duas sententias nullo jure
 esse fundatas existimat Lauterb. tit. loc. conduct. p. mibi 385. No-
 bis prior sententia ut communis quæ solam separationem fru-
 ctuum sufficere statuit arridet; quamdiu vero pendent adhuc
 fructus, pars fundi sunt, & hinc justum est, ut ad fundi do-
 minum pertineat periculum add. Valasc. de jur. Emphyteut.
 Qv. 27. n. 51.

§. XLIV. Locationi conductioni adjici solet Emphyteu-
 sis der Erbzins; Contract, cum in multis de ejus indole participet *Emphyteu-*
 §. 3. J. Locat. conduct. tenetur vero Emphyteuta in recogni-
 tionem dominii certum canonem annuum solvere, quem si per *non solva-*

G

bi- tur?



An Emphyteuta moram purgare potest?

biennium præstare neglexerit Emphyteusi Ecclesiastica privatur, in emphyteusi vero civili si per triennium canonem solvere distulerit pœnam privationis incurrit, hanc tamen moram in continenti celeri satisfactione purgare potest offerendo canonem cum interesse *cap. fin. X. de locat. conduct.* quod admittunt ante factam domini declarationem, vid. Struv. S. J. C. Exerc. 11. *ib.* 83. hoc vero nonnulli ad Ecclesiasticam emphyteusim restringunt, cum de civili nullibi id dispositum reperitur; insuper etiam in Emphyteusi Ecclesiastica brevior terminus ad solvendum constitutus, ut hinc facilius ibi sit admittenda moræ purgatio *L. 30. pr. ff. de jurej. Harpr. ad Inst. tit. de locat. conduct. §. 3. n. 513. & seqq.* Sed tamen hæc sententia arripienda non est vid. omnino *Mynsing. 3. obs. 65. & 67.* ubi etiam per *L. 2. C. de jur. Emphyt.* asserit, si dominus jus caducitatis sciens contra Emphyteutam viventem ad privationem non egerit neque se declaraverit eum velle expellere, quod tunc post mortem Emphyteutæ adversus ejus heredes non possit experiri, vid. *Carpz. ad Const. Elector. Saxon. 38. def. 9.* An vero ipso jure pœnam Emphyteuta incurrat, an vero sententia privativa declaratoria opus sit, diversimode sentiunt Dd. Sententiam judicis declaratoriam qui requirunt eos late refert Berlich. *P. 2. concl. 46. num. 5.* In terris Imperii ubi jus civile est in usu sufficere arbitrantur declarationem domini, postquam enim dominus voluntatem suam declaravit se scil. velle locum esse caducitati, emphyteuta in continenti jure suo cadet, & ita pœnam privationis ipso jure incurret domino sic volente, quamvis rationem personarum hic omnino habendam esse, utpote an Emphyteuta sit pauper vel pecuniosus recte existimet Menoch. *de A. J. Q. lib. 3. cas. 8. in fin.* Jure Saxon. vero expeditum est, sententia declaratoria opus esse vid. *Const. Elect. Saxon. 38. verb. seqq.*

An in commisso Emphyteusos sententia judicis declaratoria opus?

Wievohl fast vieler Rechtsgelehrten Beschluß dahin gehet, daß ein Erbäns-Mann in denen Fällen da man gewiß ist, daß ein Guth ein Emphyteusis oder Erbäns-Guth ist, sich dessen, wann er in 3. Jahren seinen Canonem oder Zins einem Privato und der Kirchengen in 2. Jahren nicht entrichtet, ipso jure wann sich der Herr allein dessen erkläret, verlustig machet; jedoch haben Unsere

Ver-



Verordnete dahin geschlossen, daß dießfalls ein Processus Ordinarius und ordentliche Sententz gehalten werden und folgen soll: denn es muß vor erst aussündig gemacht werden, daß es Erblich-Güter seyn, so könnte auch der Besizer sonst allertley Einrede haben; damit er nun nicht überzelet sondern zur Nothdurfft gehöret werde, als ist derohalben ordentliche Erkenntniß nöthig, darbey wir es auch be-
wenden lassen.

§. XLV. Qui fundum patrimoniale in Emphyteusin *Emphyteusin* a Principe suscipit, ab eo Fiscus cautionem pro canone exigere a Principe debet, *L. 7. C. de fund. patrim. quod intelligunt, si in continen-* suscipiens
ti ab initio scil. cautio petita fuerit, si enim postea ab emphy- *-caveredebet.*
teuta in possessione retento exacta non fuerit cautio, non ideo ei fundus auferendus sed diuturnitate temporis defenditur *L. 11. C. eod. ibique Perez. n. 14 37.*

§. XLVI. Occasione hujus materiae, de Decimis adhuc *Decima* adjiciendum, quod prædiales in continenti solvendæ collectis *quando sol-*
fructibus *cap. 7. X. de Decim. Carpz. Fpr. Consist. def. 134. n. 1. vanda?*
Wammes. *conf. 451. n. 2. & ante tributa c. 33. cu. iii. Decima o-*
nim ubi debetur, ex fructibus uti nati sunt integra solvi debet
Rebuff. *Tr. de decim. qv. ult. n. 22.* adeo ut etiam agricultores
ante decimationem aliquid excutere & pauperibus largiri ve-
lint, hoc non admittatur Barbof. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 1. n. 41.* Personales vero solent, non tamen necessario in fine
anni solvi Panorm. *in c. 5. n. 3. Viv. Dec. 4. n. 35.*

§. XLVII. Transimus ad contractum verbalem sive sti- *Stipulario-*
pulationem; ad cujus solemnitatem requiritur ut consensus in *nis solenni-*
continenti utrinque interponatur, nec sufficit solius consensus *tas.*
conjunctio, sicut in aliis contractibus, quos consensus perficit.
Uult enim ex intervallo etiam durare consensus interro-
gantis videri possit, verba tamen ejus cum verbis respon-
dentis ex intervallo plane non junguntur *L. continuus 137.*
ff. de V. O. nisi modicum fuerit intervallum, hoc enim sti-
pulationi non obest *L. 1. §. 1. ibique Brunn. de V. O.* Et conti-
nuus dicitur actus non ea ratione, quod intervallum medium
non patiat, sed quod actum alium extraneum non inter-
venire necessum sit: hoc facto enim animus contrahendi de-
po-

positus videtur: cum alias deliberationis maturioris gratia
responsionem distulisse quis existimari possit Bachov. *ad*
Trenil. vol. 2. Disp. 27. th. 1. lit. H. Enimvero hanc scrupulo-
sitate in foro nostro non amplius attendi testantur Practici,
inter quos jure meritoque referri potest Mev. P. 2. *dec. 23. n. 10.*

*Hodie dare
promittens
quando te-
neatur?*

Hoc tamen monendum, si promissio facta sit sub aliquo tempo-
re, ut si rem vel pecuniam hodie dare quis promittat, ne brevi
quidem tempore interjecto, imo nec finito isto die sed in
continenti peti possit L. 118. §. 1. ff. de V. O. quem textum In-
terpretes singularem dicunt. Licet enim alias temporis ra-
tio habeatur, in antea proposito casu tamen non est apposita di-
es causa differendæ obligationis, sed ut ostendatur præsens fu-
isse obligatio d. L. 118. Si enim voluisset debitor tempus lon-
gius differri, sine dubio id expressisset, quod cum non fa-
ctum, non potest censerī adjectum in utilitatem debitoris sed
creditoris, quamvis alias verum maneat tempus adjectum solu-
tioni, indubio semper potius in favorem debitoris quam
creditoris appositum censerī L. 41. §. 1. de V. O. add. Carpz. P.
2. c. 28. d. 11

*Fidejussor se
ut principa-
lem obli-
gans.*

§. XLVIII. Per expressam stipulationem jure Romano
inducebatur Fidejussio. L. Blanditus 12. C. de Fidej. Sunt ve-
ro fidejussoribus certa beneficia indulta, ad quæ etiam spectat
beneficium Ordinis seu excussionis. Hoc vero non competit
Fidejussori qui se in continentem una cum debitore constituit
principalem debitorem der sich als einen Bürgen und Selbst-
Schuldener verschreibet Gloss. in Auth. de fidej. in pr. qui ve-
ro promissit ex intervallo & sic diverso tempore principalem
se constituit, non tamen dixit animo novandi obligationem,
gaudet beneficio excussionis Auth. præsentis. C. de fidej. Ale-
xand. cons. 29. n. 36. vol. 7. Aufser. ad decis. Tholos. 23. Gabriel.
de commun. Opin. lib. 3. tit. de fidej. concl. 1. n. 99 seqq. Non ad-
versatur in priori casu, quod jure noviss. Auth. creditor prius
teneatur convenire debitorem, quam fidejussorem; siquidem
in nostro casu da der Bürgen zumahl Selbstschuldener ist, fide-
jussori hoc denegandum, cum is personam fidejussoris exuat,
dum in ejus locum se ipsum debitorem constituit, & non cen-
se-

feri debent verba frustra apposita & ut nihil operentur §. *si qui-*
dem 29. f. de legat. Secus enim si diceremus, non esset discrimen inter fidejussorem simplicem & hujusmodi constituentem adeoque non opus aliis atque distinctis nominibus Roland. a Valle *Conf. 1. n. 123. conf. 55. n. 45. vol. 3. add. Gail. 2. Obs. 23. n. 3.* ubi inquit: quod in dispositione hominis nullum verbum sine virtute operandi appositum censeatur, & in contractibus ne minimum verbum, nec unica syllaba virtute operandi destitui debeat *L. 20. §. 6. inf. ff. de hered. pesit.* Quod vero posteriori casu, si scilicet ex intervallo se quis constituit principalem debitorem, beneficium excussionis locus sit, ideo contingit, quod animus novandi ex conjecturis non inducatur, sed expressam declarationem jura requirant vid. Struv. *Synt. f. Civ. Ex. 47. ib. 57.* adeo ut contrariam opinionem errorem intolerabilem dixerit Schifordegher *L. 2. Disp. Forens. ad Fabrum 11. 2. qv. 5.* De cetero beneficium excussionis etiam opponere potest fidejussor, licet debitor principalis mortuus, adsunt enim heredes, & licet non in continenti adsint, contra hereditatem jacentem actio prius instituenda est Alex. *Conf. 37. & 100.* Gail. 2. *obs. 27. n. 12.*

§. XLIX. Competit quoque fidejussori beneficium ce-
 dendarum actionum, ut scilicet antea solvere non teneatur
 fidejussor, quam sibi actiones a Creditore contra fidejussor-
 res & ipsum debitorem principalem cessæ, ubi observandum
 quod hæc cessio statim atque solvit fidejussor, fieri debeat,
 quippe per solutionem actio, quæ creditori competeat, sub-
 lata est, ut hinc ex intervallo amplius quod cedere possit, non
 habeat per *L. Modestinus 76. ff. de solut.* Sufficit tamen si in
 ipsa solutione protestatio aut pactum de cedendis nominibus
 præcesserit, quo casu etiam postea cessio fieri potest, cum no-
 men ita quasi venditum sit *L. 36. ff. de fidejuss.* Zang. *de Except.*
p. 2. c. 16. n. 33. & ad hoc fidejussori actio ex empto competit
 Carpz. 2. 17. 16. qui tamen in hoc deferendus est, quod indi-
 stincte putat cessionem post solutionem fieri posse. Licet ve-
 ro statim in solutione cessio non facta, vel protestatio omissa,
 inde tamen non inferendum fidejussori contra confide-
 jussor-

*Fidejussori
 quando a-
 ctiones ce-
 denda?*

jussores regressum non patere *Mev. P. 2. Dec. 2. 18* qualiscun-
 que enim jurium translatio hic potest sufficere *Br. ad L. 36. de*
fidejuss. quæ generalis complectitur etiam remedia omnia con-
 fidejussoris et si de his vel in actione nullum verbum reperia-
 tur *Mev. cit. loc.* Alias solvens per exceptionem cedendarum
 actionum obtinere potest, ut executio quam petit creditor,
 contra confidejssorem juribus a creditore sibi cesis, in conti-
 nenti fiat pro solutione, quam facit pro correo, ut non opus ha-
 beat facta solutione novum processum contra correum institu-
 ere. Cessionarius enim per omnia vere creditor dicitur. *Mo-*
dest. Pistor. gv. 2. part. 1. Dan. Moller. lib. 2. Semestr. c. 20. n. 1.

Fidejussor

quando sol- vere teneatur pœnam non exhibituri rei?

§. L. Circa fidejssores delinquentium notandum, quod
 fidejssor qui intra certum tempus sub certa pœna reum exhibere
 promisit, etsi tempore illo elapso pœna commissa sit, in
 continenti tamen non cogatur pœnam solvere, sed post tempus
 sex mensium, intra quod potest moram purgare exhibitio vel
 defenso reo *L. sancimus 26. C. de fidej. Perez. ad. d. iii. n. 18.*
Carpz. Pr. Crim. gv. 102. n. 128. & n. 133. Utrum vero in causa

Fidejussor

delinquentis quando admittatur ju- re Saxon.

criminali fidejssor admittendus sit, de jure Saxon, distingui so-
 let. Aut enim quis in ipso flagrante facto vel fuga, dum sc. eum
 lictores persequuntur per text. *Land. N. lib. 2. art. 35.* deprehen-
 ditur, wird in handhaffter oder auff frischer That, oder in der Flucht
 der That, begriffen oder gefangen, & non relaxatur regulariter
 sub fidejssoribus: Aut criminalis accusatio pernoctata est, ut
 loquuntur, ist übernächtig, h. e. intra spatium 24. horarum non
 facta est, ist nicht flagbahr gemacht worden, & hoc casu dimitti
 solet reus sub cautione fidejssoria, judicis arbitrio aestimanda,
 quæ pluribus examinat *Georg. Schultz. Synops. Inst. Imper. ad*
iii. de fidej. lit. A.

Moneta de- valvanda obrudi non potest credi- tori.

§. LI. Obligatio tollitur solutione ejus quod debetur §. i.
Inf. quib. mod. toll. oblig. Solutio vero debet fieri in proba mo-
 neta, qualis non est quæ in continenti devalvanda die auff den
 Sprung stehet *Carpz. 5. Resp. iii. 2. resp. 6. Brunnem. 4. Dec. 14.*
 ut adeo hæc creditori obrudi non possit, reprobanda enim pec-
 unia eadem est ac si jam foret reprobata *L. 14. §. 1. de pignor.*
act. L. 3. Com. mod. L. 9. ad Exhib. Capyc. Latro Dec. 17. Cum autem

Solutio in

fac-



fæpius contingat, debitorem ex pluribus causis creditori esse quam cau-
obligatum, tunc si aliquid solvit debitor, cautus sit ut in conti- sam impu-
nenti exprimat in quam causam solutum velit L. 1. C. de solut. & eandem
L. Paulus 101. §. 1. ff. eod. Hoc enim si non fecerit, ex interval-
lo post pecuniam jam numeratam constituere nequit, cui sum-
mæ solutum detrahi debeat; Sed tunc habet creditor facultatem,
cui summæ acceptum ferre velit, modo sic constituat credi-
tor, ut in re sua ipse si nimirum debitor esset constitueret, &
quidem in re præsentis h. e. statim postquam solutum est, text.
in L. 1. in pr. & fin. ff. de solut. Et hoc in casu creditor prius in
usuras quam in fortem solutum constituere potest L. 21. C. de u-
sur. Brunn, in L. 1. C. de solut.

§. LII. Si plures creditores instant & solutionem in con- Au pluribus
tinenti urgent, uni per gratificationem debitor solvere nequit. instantibus
Ut ut enim alias quilibet creditorum vigilare & solutionem a uni solvi
debitore urgere possit, licet ipse debitor aliis sit obligatus L. 24. possit?
§. fin. ff. que in fraud. cred. Non tamen id permissum concursu
vel jam moto, vel instante, vel pluribus creditoribus in conti-
nenti & eodem tempore solutionem urgentibus Vincent. Caro-
roc, Dec. 107. n. 27. seq. Joh. a Sande lib. 3. Dec. Fris. tit. 15. def. 1.
quicquid enim ita solutum hoc ceteris communicandum, aut
alteri eadem portio præstanda, sicut hoc de Tutore ex bonis
paternis solvende in terminis decisum in L. 24. pr. ibi: per gra-
tificationem tutorum ff. que in fraud. Creditor.

§. LIII. Nonnunquam in præteritum solutio facta præsu- De Apochis
mitur, veluti si quis Apochas trium annorum sibi coherentium trium anno-
producere possit. vid. Merend. 6. Controv. 22. Myns. 5. obs. 39. rum.
ubi de canone emphyteutico, collectis, decimis, adeo ut credi-
tor contrarium probare teneatur L. 3. C. de Apoch. publ. Gabriel
de comm. opin. lib. 1. tit. de præsumt. Concl. ii. per tot. quod procedi-
t si tribus diversis temporibus solutio facta, secus vero si in
continenti uno eodemque tempore Perez. ad Cod. de Apoch.
publ. n. 5. seqq. Sed requiritur ne ut sint anni proximi, vel suffi-
citne ut post annos tres alii anni intercesserint, in quibus cessatum
sit? Resp. prius affirmare, & posterius negare Glossam ad cit.
L. & cum ea Vinc. de Franchis Dec. 137. Verum cum in textu non
di-

dicatur de tribus annis conventioni coherentibus, sed sibi, videtur generalitas Legis nimis restringi. Fachin. *Controv. lib. 13. Aponcha pu. c. 89.* Alias de Aponchis seu quitantius tenendum, quamvis illicite statim post 30. dies demum plene probent, hoc tamen fallit in securitatibus publicis, contributionibus-*Qvistungen.* Hæ enim in continentibus vim probandi habent, siquidem non præsumitur Exactor prius liberasse debitorem, quam accepit tributum, præsertim cum ejusmodi apocha scribatur cum magna solemnitate, & si fecerit, sibi imputet, nec talis Exactor ex his pecuniis ullam percipit utilitatem, cum exactas in continenti restituere debeat, non eis uti. Unde nonnulli inferunt idem esse, in quolibet administrante nomine alieno *Trentac. lib. 3. tit. de Solut. Resol. 20. n. 26.*

Cessio denuntianda cessio.

S. LIV. Debitor ut satisfaciat creditori, interdum ipsi cedit nomen, quo casu cessionario cautela est necessaria, ut in continenti denunciaret debitori cessio, sibi factam esse cessionem, juxta *L. 3. C. de Novat.* hac enim denunciazione efficitur, ne debitor cessus cedenti amplius solvere possit, sed si id fecerit adhuc semel solvere tenetur. Denunciazione hac omissa adhuc ipsi cedenti solvere possit, nec cessionario eapropter contra debitorem cessum actio competeret, sed contra cedentem experiri deberet *Lenz. de cess. act. cap. 28. m. 2. n. 8.* Imo hac denunciazione omissa cedens cum cessio transigere, vel alteri idem debitum cedere possit *Lenz. d. cap. 28. m. 4.*

CAP. IV.

Exhibet, quid circa Delicta & Processum in continenti juris sit.

I.

Ex eo quod **P**erlustravimus hætenus negotia licita, quid circa eadem in continenti juris sit: Paucis nunc videamus de illicitis, si interdum quæ delicta communiter vocantur: ubi in genere observandum, quod sæpissime ex eo quod in continenti fit, delicti præsumitur. sumtio educatur Anchor. *Conf. 434. col. in fin. vers. præterea ad ver-*

tendum Bart. in *L. post contr actum ff. de donat. col. 4. vers. quinto*
præsumitur. Sic si quis alienat omnia sua bona & mox perpe-
trat ejusmodi delictum, propter quod bona ipsius confiscanda
essent, tunc in fraudem fisci alienasse præsumitur, ut ejusmodi
alienatio a Fisco revocari possit, prout refert *ex vol. 6. disp. Ba-
sil. d. 2. l. k. l. Vorburg. in Encyclopæd. Jur.* Animus enim præ-
cedens probatur ex his quæ in continenti sequuntur Monter.
Dec. 2. n. 5. Ita etiam si Titius remotis arbitris. Sejum sit allo-
cutus, & ignoretur quid ei dixerit, Sejusque in continenti ali-
quem occidat, tunc ex brevitate hac temporis & tali colloquio
præsumendum esse Titium Sejo consuluisse, ut illum interfice-
ret arg. *L. ventri S. fin. ff. de privil. credit. adstruunt Dd. v. A-
lex. conf. 21. vol. 2. n. 3.*

§. II. Delicta vero communiter dividuntur in privata & *Plura furti a*
publica. Inter privata primum se offert furtum, quod, si *sim- uno conte-*
plex & non magnum, non statim prima sed tertia vice iteratum *xtu facta*
punitur ultimo supplicio, ubi disquiri solet, si eodem momen- *quomodo*
to, contextu & proposito continuato quis furetur eadem die *punienda?*
vel nocte plures res diversis vicibus eidem domino, vel diver-
sis, an puniendus sit pro uno furto an pro pluribus, ita ut pœna
ultimi supplicii locum sibi vindicet? Et concluditur per Dd.
communiter, quod dicta furti in continenti facta continuato
impetu & proposito, licet diversis horis, censeantur unum tan-
tum, adeoque ultimo supplicio in præsentis casu furem non esse
afficiendum *Math. de Crim. lib. 47. tit. 1. c. 3.* Tum demum quo *Fur non-*
que ob tertium furtum pœnam capitalem infligendam esse, si *dum punitus*
reus ob primum & secundum, jam pœnam sustinuerit, opi- *an statim*
nantur mulcti. Quamvis vero Constitutio Carolina hoc non *suspendi pos-*
requirat, æquitate tamen illa sententia fulcitur; quia inemen- *est?*
dabilis ein verläumdeter Dieb is demum videtur, quem pœna bis
inflicta non correxit *Scrav. Syn. J. Civ. Ex. 48. th. 21.* In Or-
din. Polit. Magdeb. c. 71. §. 1. expeditum est, quod fur ob ter-
tium furtum suspendi non possit, nisi bis antea punitus. Ut fur *Fur manife-*
dicatur manifestus *Leges nostræ* volunt, ut in continenti i. e. *stus quis da-*
in ipso furandi actu deprehendatur, ehe er damit in seine Ge- *tur?*
wahrsahm gekommen auff frischer That oder in handhaffter That.

H

Or-



Ordin. Crim. art. 157. & 158. unde si jam pertulit ad locum, quo ea die permanere destinaverat, licet ibi cum re furtiva deprehendatur, fur manifestus non est §. 3. *Inst. de Oblig. que*

Distinctio ex del. nasc. Quamvis autem distinctio furti in manifestum & furti manifesti & non manifesti tam esse, tuetur Excell. Dn. Thomaf. *Disp. de Usu action. pæbodie abrogata est.* *J. Rom. in foris Germ. cap. 3. §. 42. & cap. 1. §. 37. in fin. ubi vulgare illud brocardicum: Leges non tolli non usu, sed usu contrario, falsissimum dicit per L. 32. in fin. ff. de LL.*

Quid juris circa ludos?

§. III. Ad furti speciem jure nostro quadantenus referri potest illud, quod alea, chartis lusoriis aliisque ludorum generibus fortuna potissimum nitentibus amissum, nam virtutis causa ludi jure nostro prohibiti non sunt *L. 1. & 3. C. de aleat.* Adfunt vero nonnunquam statuta quibus determinatum, quod in continenti vel uno eodemque tempore non ultra certam pecuniæ summam quis perdere possit, ita quod ultra statutam summam quis perdidit ejus repetitionem instituire possit. Unde quæstio resultat, quousque ludus finitus vel absolutus dici possit? sunt qui putant; si quis una serie noctu dieque lusit cum pluribus & pluries vicerit & pluries perdidit, non dici lusisse nisi semel, quia donec lusor & collusores ab invicem non discesserint & pro absoluto habuerint ludum, non dici potest ludus completus, sed quod perduret & continuet, ut sic repetitionem ejus quod ultra statutam summam perdidit instituire non possit, Socin. *conf. 33. num. 9. V. 1. Joan. de Amic. conf. 62. n. 12. Caccialup. ir. de lud. qv. 15. n. 69. Bart. in L. inficiando §. infans n. 5. ff. de furti. quæ tamen conclusio*

Quid si ludens perdit pecunia extraxerit? plurifariam a Dd. limitatur, utpote si lusor perdit priorē pecuniam denuo aliam pecuniam extrahat, & cum ea ludum continueret, vel si recesserit a mensa lusoria & in continenti reversus iterum ludum inchoet, utroque enim hoc casu ludum habendum extraxerit? esse pro absoluto & sic novum effici ludum, Bald. & Paul. de Ca. *Pro varietate ludo-* stro in *L. Pomponius 15. ff. de Neg. gest.* Veruntamen in quocunque genere ex usu & natura ludi quædam leges & termini seu quasi

quasi periodi sunt, quibus absolutis, ludus dicitur completus ^{rum vari}
& dignoscitur quis perdat & quis vincat pecuniam in illam ^{solent esse}
ludo expositam, non autem totam pecuniam ad ludendum ^{termini.}
extractam ab initio; nam in quacunque ejusmodi periodo lu-
fores certum quid pecuniarum pronunciant, quod fortunæ lu-
di subjacet, ideo hujusmodi ludorum periodos sæpius lufores
repetunt, donec illis visum fuerit ludum producere vel aliquis
eorum expositam pecuniam totam amiserit; ut hinc diffin-
gendum sit: Aut collufores, priusquam amittunt omnem pe-
cuniam, promittunt sibi invicem solvere, quicquid ultra pe-
cuniam expositam alter eorum perdiderit, quo casu quia com-
muni ludentium consensu ludus est prorogatus, licet pecunia
extracta vincatur omnis, si tamen lufores ab invicem non dis-
cedunt & ludum continuant, idem ludus posset dici proroga-
tus, quamvis sæpius sit minutatim pecunia extracta, nam pro-
rogatio termini non diversificat terminum, sed conservat ^{termini con-}
Blanc. *de comprom. qv. 9.* latius per Tiraq. *de us. retr. 2. P. §. 1. servat eun-
dem. ^{dem.} *gl. 7. n. 26. per text. in L. sed si manente 5. ff. de precar.* Aut u-
nus vel ambo lufores discedunt a ludo, non quia habent lu-
dum pro absoluto, vel adfit conjectura, quod non deseruerint lu-
dum, puta quia in mensa luforia reliquerint pecuniam vel in-
strumenta ludi non recollecta & simile quid, & postea in conti-
nenti revertuntur, tunc etiam erit idem ludus, quia ex modico
intervallo non inducitur diversitas *in L. 2. §. 1. ff. de V. O.* ibique
Rip. n. 17. & seq. Aut vero discedunt & habent ludum pro ab-
soluto, & tunc licet in continenti revertantur ad ludum, dice-
tur novus ludus, prout esset novus contractus, qui in conti-
nenti adderetur alteri contractui jam absoluto ut notant Dd.
in L. contractus C. de fid. instrum. & *in L. lecta si cert. pet.* Aut
etiam non discedunt a mensa luforia, sed alter colluforum jam
amisit pecuniam expositam & novam extrahit absque eo, quod
præcesserit prorogatio seu conventio, de qua est dictum in pri-
mo casu, & tunc dicendum quod sit novus ludus, juxta tradita
*Bart. in dict. L. Pomponius 15. ff. de Neg. gest.**

*Consultum
est ludere
in pecuniam
paratam.*

*An victor
pro luitu
ludum dese-
rere possit?*

*Jure Saxon.
expulso ani-
malis nocen-
tis statim si-
ori debet.*

§ IV. Quid vero dicendum si ludentes non in pecuni-
am paratam sed postea solvendam ludant: Wenn sie nicht um
baar Geld sondern auff Borg spielen, an ita quis victum lusu con-
venire potest, ut solvat pecuniam amissam? negativam cum a-
liis amplectitur Dn. Struv. *S. J. C. Exerc. 15. th. 57. in fin.* quod
adeo verum, licet ludentes sibi invicem promississent bey Trau-
en und Ehren, was einer dem andern abgewinne, daß sie es einander
bezahlen wolten Beat. *de contr. p. 1. c. 2. nisi forsan juramentum*
accesserit aut post intervallum aliquod promissio reiterata de
solvendo eo quod perditum deliberato animo facta fuerit; ta-
li enim casu intervallum facit cessare causam turpitudinis L.
pen. ff. de condict. ob turp. L. 2. C. quod vi met. caus. & videtur
quasi donatum Dn. Stryck. Disp. de fide habita cap. 3. n. 54. Idem
dicendum de eo qui pecuniam a collusore mutuo acceptam ex
intervallo promittit Berlich. Dec. 66. n. 4. Ceterum si lusor a
collusore aliquam pecuniam vicerit, non tenetur, ut dicitur,
ludum complere: sed in continenti a ludo libere desistere pot-
est cum pecunia lucrata, quando sibi placuerit: nec is qui ami-
fit conqueri potest de injuria. Nam a fortiori, si pacto conven-
tum esset se a ludo non discessuros, quin totam pecuniam alter
ecrum amississet, perinde ut invalidum non ligat, multo minus si
simpliciter luserunt, ita Bart. post gl. in l. juris gen. §. prae. de pact.

§ V. Sequitur damnum sine injuria facientis datum quod
jure nostro Pauperies dicitur, quando scilicet quadrupes con-
tra naturam sui generis sponte commota nocet, ubi constitu-
tis statim situm est ut animal noxae dedatur, aut aestimatio damni praestetur
l. 1. pr. §. 11. S. 15. ff. si quadrup. paup. sec. dic. singulariter ve-
ro jure Saxon. sancitum, quod dominus animalis noxae deditio-
ne non liberetur: est tamen ei similis expulsio animalis nocen-
tis, modo ea fiat in continenti, postquam rescivit dominus no-
centis animalis, pauperiem esse factam, ex intervallo enim si sci-
ens damnum datum esse receperit expellere non potest, sed
praecise ad damnum resarciendum est obstrictus Richt. *P. 1. Dec.*
§. sic & in Frisia f. rvatur, teste Sandio V 75. ut si dominus animal
deseruerit, adversus ipsum actio denegetur; si animal receper-
it, pure & citra noxae deditioem, teneatur.

§ VI

S. VI. Circa injurias quaestio ventilari meretur an volenti fit injuria? distinguunt nonnulli inter actum momentaneum & qui in continenti ad perfectionem deducitur, & inter actum suspensum qui ex intervallo sequitur, e. g. non teneri injuriarum infligentem alapam, si tempore percussionis consentiat laesus, secus si illum qui in alapam consentit ex intervallo percussum, posteriori enim casu facultatem mutandi voluntatem alteri esse relictam, ita Paulus Gallerat. *ir. de Renunc. Tom. 2. cent. 1. Renunc. 28. n. 5.* Verum si in continenti hoc licet, cur non ex intervallo? supposita enim validitate hujus pacti quoad momentum, non competet alteri facultas poenitendi, cum illa perpeffio jam facta sit necessitatis *arg. L. 5. C. de O. & A.* Quaestionem itaque propositam simpliciter affirmandam esse existimamus, ut regula illa volenti non fit injuria non ulterius procedat, nisi qua quisque velle potest, voluntatis vero terminus ad aram usque se extendit h. e. ne involvat delictum, quod enim ad delinquendum invitat hoc turpe per *L. 27. §. 3. & 4. ff. de pact. & praecipuum juris naturalis est, ne quis sciens volens alteri etiam stolide volenti malum quoddam inferat Puffend. de F. N. & G. lib. 3. c. 7. §. 6.* non attempta jam memorata distinctione an in continenti, an ex intervallo injuria in se gatur.

S. VII. Plures voces probrosas in continenti prolatas unus loco injuriarum habendas esse docet Sand. *§. Decis. 1. 8. des. 1.* unde etiam hujusmodi plures injuriarum uno contextu factae debent proponi eodem libello simul, & non in diversis, cum pro his tantum una actio competat. *Pract. Pap. de Inquis. gl. ff. pluribus n. 8. & fufius Jac. de Bellov. in pract. crim. tit. de injur. §. falsarium n. 94.* Quo etiam pertinet, quod Jure Saxon. verbum injuriosum idem licet significans uno contextu prolatum saepius repetitum multiplicat simul ipsam obligationem exindeque descendente actionem, ita ut pro singulis verbis injuriosis ex intervallo prolatis actio injuriarum competat *Schneidew. ad Inst. de Injur. n. 10. & seqq.* ubi formulam sententiarum plerumque includi solitam hanc exhibet: daß nach Sächsischen

plures injuriarum uno contextu prolatae an reputentur pro una injuria?

ſſiſchen Recht Beklagter ſolche zugefügte Schmach und injurien, ſo oft ſie auff veränderten Enden und Zeiten geſchehen, mit 30. Schilling-Pfennig nach Sächſiſchen Rechten zu verbüßen und abzutragen.

*An virgini
osculum ra-
piens tenea-
tur actione
injuriarum?*

§. VIII. Utrum virgini invitæ osculum rapiens actione injuriarum teneatur, si dicat ex subitaneo & potenti affectu amoris hoc fuisse factum, vid. Richt. P. 1. dec. 1. n. 179. Eum non excusari pronuntiavit Fac. Jurid. Lips. teste Strauchio *diff. 9. th. 14.* quod ampliatur etiam in Clerico, utut Gloss. *ad can. absit 14. c. 11. qv. 3.* velit: ipsum amplectentem & deosculantem mulierem præsumendum esse facere hoc benedictionis causa aut Zelo charitatis, add. Mascard. *de probat. Vol. 2. concl. 984.* Hoc notandum, quod Bald. *in L. si fugitivi C. de serv. fugitiv.* illum capitaliter puniendum statuat, qui virgini osculum rapiat, quæ tamen sententia utpote nimis dura omnino deferenda est. Alias morem regionis quandoque excusationem præbere tradit Andr. Herebord. *Exerc. Ethic. 44. th. 2.* add. Dn. Thomaf. *ad cit. loc. Strauch.* ubi de hodierna observantia, an ratione personarum innuptarum realis injuria inferatur, dubitat.

*Injuria in
continenti
ad animum de Injur.
revocanda.*

§. IX. Ad modòs remittendi injuriam refertur, si quis non in continenti eandem ad animum revocaverit §. *fin. Inst.* Hæc tamen remissio non ex sola taciturnitate injuriati colligitur, sed aliunde & ex factis constare debet, veluti si joco aut simili signo contempserit injuriam. Hopp. *in Comm. ad cit. §. ult. Inst. de Injur.* Sane si semel injuria revocata fuerit ad animum, & multo magis si lis contestata fuerit ex actu ad remissionem præcisè non directo, ut est conversatio familiaris, utpote si injuriatus ad commune convivium cum injuriante invitatus ad unam mensam cum eo positus tales actus exercuerit, injuriarum actio non tollitur. Mascard. *concl. 903. de probat. n. 25.* Marant. *in Specul. aur. P. 1. D. 1. n. 97.* Nec enim ullæ actiones per officia pietatis & similia extinguuntur. Sand. *L. 5. Dec. 1. 8. d. 12.*

§. X. Circa præscriptionem injuriæ verbalis quæ spatio

tio annuo finitur multum controversi solet, utrum annus iste *Prescriptio* in continenti a die vel tempore illatæ injuriæ, an vero a die sci-*injurie ver-* entia currat? priori sententiæ adscribendum esse existima-*balis a quo* mus per *sex. in l. si sex menses § 7. ff. de Edil. Edict. L. si bono tempore in-* rum 2. C. qui admitt. ad honor. possess. Atque hæc sententia in *cipiat?* Camera Imperiali praxique, a qua non facile recedendum, re-
cepta est, sicut testatur Andr. Gail. *lib. 2. obs. 105. n. 4. & seqq.*
Observandum tamen quod nuda allegatio ignorantia hic non
sufficiat sed injuriatus, si eam aliter probare non possit jurare
debet, quod a tali tempore primum in notitiam irrogatæ inju-
riæ venerit, veluti ita in Camera Imperiali observari, tradit Ga-
il. *loc. cit. n. 7.*

§. XI. Hodiernis moribus modus tollendi injurias ver- *Retorsio in-*
bales introductus, est retorsio, alias etiam Recriminatio *juriarum*
Germ. abgetrungenere Ehrenrettung dicta, cujus ratio formalis *quando fas*
consistit in moderata & in continenti facta rejectione inju- *cienda?*
riæ privatim sub autoritate publici juris suscepta; In continen-
ti vero fieri debet *arg. L. 3. §. 9. L. 17. de vi & vi armat.* cum ita
ad defensionem fieri præsumatur, defensio autem in conti-
nenti faciendâ Richt. *Dec. 92. n. 8.* E contra ex intervallo fa-
cta in primis inter præsentés magis ad vindictam quam honoris
defensionem idque cogitato communiter fieri censetur Gail.
2. obs. 101. n. 5. Obrecht. rr. de necess. defens. cap. 2. n. 2. sub. fin.
Hæc vero intelligenda sunt de eo, qui præsens ipsemet injuri- *Absens inju-*
as audivit & percepit; at si injuriatus sit absens, tunc huic *riatus &*
quam primum certo id sciverit, impositam injuriam etiam *si jam ex in-*
ex intervallo & decennium præterlapsum legitime retorquere *tervallo re-*
etiam permillum est *arg. L. 6. de Calumniat. Colleg. Jur. Ar-* torquere
gentor. tit. de injur. n. 19. Fachin. 9. controv. 8. ignorant enim *potest.*
factum alienum culpa objici non potest *L. 3. pr. L. 9. §. 2. de jur.*
& fact. ignorant. nec potest commoveri animus injuria ab ab-
sente illata antequam sibi cognoverit in gestam injuriam:
proindeque nec prius eam regerere potuit. vid. Boccr. *Class. 3.*
disp. 4. th. 46. & Class. 5. disp. 1. th. 35. Inde inanis est quæstio,
an contra verbalem injuriam post annum a tempore illatæ in-
ju-

juræ effluxum interponi possit retorsio, vid. Dn. Struv. *Disp. Inaug. de vind. privat. ib.* § 9. Nam ante lapsum anni rescivit quis sibi factam injuriam, & statim retorquere debebat, aut post annum rescivit, & recte tunc statim fit retorsio, cum & post decennium, uti jam dictum, legitime retorqueri possit. In continenti autem etiam retorsio fieri dicitur, quam primum quis commode & data occasione notarium ad conficiendum instrumentum & insinuandi injuranti retorsionem habere potuit *arg. L. 2. §. 43. ad Sæ. Tertull. & Orphit. Ord. Cam. Imp. P. 2. t. 9. §. 1. ad fin. ibi*: zu frischer That, oder wann er seine Freunde und Helfer haben mag *add. Coler. in tr. de Proc. Execut. P. 4. c. 2. n. 2. & multis seqq.*

*An penitenti-
tia liberat a
recantatio-
ne?*

§. XII. Aliquando etiam secundum morem quorundam judiciorum facto injuriantis cessat actio injuriarum, ita ut quis a recantatione famosa illa vom öffentlichen Wiederruff seliberare possit, videlicet si in continenti, vel initio judicii ante litem contestatam in præsentia judicis & actoris penitenti- am solum declarat reus, & de bona fama injuriati testetur, daß er nemlich nichts anders als alles liebes und gutes von ihm zu reden wisse *vid. Carpz. P. 4. c. 42. d. 11. Sande lib. 5. dec. t. 8. def. 7. Oldkop. obs. Crim. Pr. t. 5. obs. 27.* Post litis contestationem vero jus injuriam passio irrevocabiliter & perfecte quasi- tum est *arg. L. 22. ff. de injur.* ideoque auferri non potest *arg. L. 11. ff. de R. J.* Sane in publicis atrocioribus injuriis & palam in continenti non revocatis invito injuriato per declarati- onem ante litis contestationem factam revocationem famo- sam in actione injuriarum non evitari posse traduat Gail. 2. O. 106. n. 11. Pruckm. V. 2. conf. 16. n. 43. & seqq. *add. Finckelth. obs. 50. per tot.*

*In judicio
injuriam in-
ferens sta-
tim conde-
mnari potest.*

§. XIII. Injuriam in judicio in conspectu Magistratus inferentem in continenti condemnari posse tradunt Dd. in *L. supplicare C. ut lite pend.* cum super eo quod in conspectu ju- dicis pro tribunali sedentis fit, de hoc judici ut judici jam satis constet *Mynsing. cent. 6. O. 3.* neque in notoriis expediat cog- noscere vel sententiam ferre, sed exequi vel punire *c. eviden- tia 3. X. de accusat. L. 6. eod. Gail. 1. obs. 39. n. 3.*

§. XIV.

§. XIV. Si ratione libelli famosi, vulgo Pasquillen, inquit. *De libello*
fitio mota & de manu dubitetur, iudex jubere potest reum, ut *famoso su-*
in continenti scribat, non tantum dextra sed & sinistra manu, *speculum ju-*
quo vero intentionem non advertat inquisitus, & ita studio *li-dex jubere*
terarum ductus mutet, iudici cautelam commendant, ut *simu- potest, ut*
let, quasi alio sine ipsius scriptura opus haberet vid. Rutger *scribat in*
land. *tr. de Commiss. P. 2. lib. 5. c. 39. n. 7.* *continenti.*

§. XV. Antequam injuriarum materiam dimittam, *lu-Senatorum*
bet adhuc adjicere, quod *jure statuario Mindensi lib. 1. art. 11. inter se dis-*
de rixis inter Senatores obortis saluberrime constitutum, quod *cordia Reip.*
illa in continenti, antequam ab invicem discedant, componi *perniciosa,*
debeant verb. *So die Bürgermeister und Raths-Verwandten*
in der Rath-Stuben unter einander mit Worten zusammen *wich-*
sen, sollen sie aus dem Rathe nicht von einander gehen, sie seyn
denn zuvor wieder vereiniget, und zu frieden gebracht. Senato-
rum enim inter se discordiam Reip. admodum perniciosam
esse, & unicum venenum & labem civitatum, unde maxi-
ma calamitas & perniciosa celerrima civitatis dependet ex-
aliis observat Dn. Cruf. *in Nov. ad loc. cit.*

§. XVI. A privatis delictis parum distare videtur Fe. *Felonia.*
lonia, ubi notandum, quanquam alias Vasallus deserere domi-
num in acie periclitantem, vel etiam quando vis ei a privato
inferitur, non potest Gudelin. *Comment. 7. Feud. L. 4. c. 7. num.*
4. Godofr. Anton. *Disp. feud. 9. ib. 8.* idque sub poena amissio-
nis feudi. *Feud. 5. 2. Feud. 57. Schrad. c. 6. P. 6. n. 74. & P. 9. c. 2.*
n. 4. Kohl. *de Servit. Feudal. P. ult. n. 9.* Non tamen hæc poena
locum habet, si molitus quidem fugam pedem in continenti
retraxerit, & re integra & cum militibus domini ipsum nondum
insequentibus in acie manserit, Schrad. *P. 6. C. 6. n. 81. Rosenth.*
c. 18. concl. 16. n. 8. cum deseruisse dici non possit, qui semper
mansit in acie, licet aliquando consilium deferendi inierit, sed
non executus fuerit conf. Dn. Stryck. *Disp. de Culpa Vasallo*
remissa cap. 1. n. 64. & seqq.

§. XVII. An Vasallus si in continenti bona absque con. *An Vasal-*
sensu domini alienata recuperet, commissio eripere possit, an *lus bona ali-*
vero ipso jure poenam hanc incurrat disputari solet inter Dd. *enata recu-*
Sa-

perans poe- Sane 2. F. 44. sententia posterior approbata videtur. Licet
nam com- enim nonnulli *text. alleg.* ad eum casum restringant, quo recu-
missi evadit? peratio ex intervallo facta fuerit; hoc tamen ob generalitatem

*Quid si pa-
ctum de re-
vovenden-
do in ipso
contractu
appositum?*

*An dominus
ex interval-
lo alienatio-
nem confir-
mare possit?*

textus vix admittendum erit; nec enim ejusmodi restrictio-
nem admittit juris ratio, quæ in eo consistit, ut per ipsum aliena-
tionis actum feudum in causam commissi cadat, & sic domino
jus quæsitum, quod ipsi per recuperationem auferri nequit;
per hanc enim delictum semel consummatum infectum non
redditur L. 65. ff. de furt. Bitseh. *add. t. 2. F. 44. notab. i. adeo-*
que per recuperationem sive in continenti sive ex intervallo fa-
ctam non expiatur Finckelth. *Disp. feud. 10. qu. 8.* Si tamen feu-
dum vendens in ipso contractu venditionis pactum apponat,
ut emtor sibi feudum in continenti revendat; tunc a pœna
privationis vasallum eximit cum citatis Ludolph. Schrad. *tr.*
feud. p. 6. c. 2. De cetero necessum non est, ut dominus in con-
tinenti in alienationem consentiat, cum ex intervallo etiam ali-
enationem confirmare possit vid. Dd. apud Schrad. *p. 4. c. 8. n.*
3. & Rosenth. de Feud. c. 9. m. 1. concl. 82. n. 5. n si consensus ex
intervallo additus tenderet in præjudicium agnatorum; his e-
nim cum per illicitam alienationem jus semel fuerit quæsitum,
hoc ipsis invitis auferri nequit Moller. *3. Semestr. 26.* Hinc si in
loco quodam consuetudo obtineat, ut cum consensu domini
feudum in præjudicium agnatorum alienare liceat, dominus
ex intervallo post mortem vasalli alienationem confirmans ni-
hil egisse censetur Peckius *in tr. de Amortizat. honor. cap. 27.*
num. 2. Natta consil. 473. n. 13. Eo ipso enim momento, quo va-
sallus moritur, agnatis jus acquiritur, cui dominus derogare
nequit.

*Crimen læsæ
Majestatis.*

§. XIX. Inter species criminum publicorum primum sese
offert crimen læsæ Majestatis, quod est vel Politicum vel Ec-
clesiasticum. Ratione prioris voluntatem eadem pœna, qua
ipsum delictum commissum puniri constat ex L. 5. C. ad L. jul.
Majest. Hinc qui tractatum contra Principis salutem habitum
in continenti revelat, præmio condecorari solet, quo ipso ta-
men non gaudet, qui ex intervallo hoc ad Principem defert *cit.*
L. 5. § 7. ibique Bart. C. ad L. jul. Majest. *add. A.E. 1. 2. 4. vers. sane*
si

si quis. Ad crimen læsæ Majestatis Ecclesiasticum pertinet *Heretico*
Hæresis, ubi si hæreticus post deprehensionem erroris in *respicenti*
continenti resipiscat, impunitus est *c. ad abolendam § 1. ibi: nisi con-*
vinuo; de Hereticis. Quando vero hic dicatur reversus in *quandopar-*
continenti, varie sentiunt interpretes. Tutius arbitrio judicis hoc *condendum?*
definiendum esse existimamus, utpote si vir esset alioqui ne-
quam & impius, ita quod magis timore poenæ, quam amore ve-
ritatis impulsus, resipiscere prope sententiam videatur, ipsi
parcendum non esset, & e contra, si vir esset alioqui probatæ vi-
tæ, & de quo bene sperandum esset, quanquam nunc falsa do-
ctrina fuerit imbutus, non is statim puniendus erit, sed expe-
ctandum quam diu fieri poterit, quoniam Deus cordium illu-
minator eum in rectam semitam perducet add. *Sylvan. Conf 89.*
Læditur etiam Majestas Divina per blasphemiam, si tamen
blasphemans in continenti, antequam e loco pedem tulerit, ve-
ram ostenderit contritionem, poena mitigari solet *Rec. Imp. de*
anno 1630. tit. von Gottesslästerungen und Gotteschwüren Carpz.
Pr. Crim. qv. 45. n. 60.

§. XIX. Lege Julia vindicatur quoque stuprum & adul- *Stuprum.*
terium. Illud committitur per illicitum concubitus cum vir-
gine vel vidua honeste vivente *L. 22. & 29. C. ad L. jul. de a-*
dult. hinc cum muliere inhonesta commissum non est punibile,
etiam si in continenti inhonestas subsecuta sit, cum inde cor- *An punibile*
ruptus animus deprehendatur, quæ statim post stuprum publi- *si inhonestas*
ce se exhibuit, Marta Neapol. *in Digest. noviss. tom. 2. tit. su-*
subsecuta?
prum c. 8. Ratione adulterii patri competit facultas, adulterum *Patris fa-*
cum adultera in turpitudine deprehensum in continenti occi- *cultas occi-*
dere, ubi tamen sequentia requisita concurrant necesse est I. eo- *dendi adul-*
dem impetu pater etiam occidat filiam II. filia sit in patris pote- *terum.*
state III. illum occidat in domo sua vel generi, non autem alibi;
& hæc omnia locum habent, etiam si adulter sit Clericus, potest
enim pater illum sic deprehensum citra excommunicationem
percutere neque incurret in poenas *c. si quis svadente 17. qv. 4.*
conf. c. si vero 3. X. de sent. excomm. quam opinionem comunem
dicit Bermond. *de Concub. fol. 207. n. 5. in fin.* Licet vero patri et- *An extra*
iam extra domum impune occidere adulterum cum adultera, domum

quodque com- modo pulsus seu fugiens extra domum in continenti & sine in-
perit? tervallo occidatur L. 23. §. 4. ff. ad L. jul. de adul. quia sic
cenfetur in domo occifus Salic. in L. Gracbus C. ad L. jul. de a-
duli. Cum autem Leges civiles homicidium illud non præcipi-
ant vel fvaideant, fed condonent iufto dolori, quæ temperare
difficillimum adeoque pœnam graviozem remittant Perez in
C. ad L. jul. de adul. n. 23. Hinc nolunt ut homicidium deftina-
& promifcue perpatretur, fed potius is qui cum poterat
parcere perfonis adulterantibus & affectus fuos domare hoc
non facit, peccat in confcientia, imo extra ordinem puniri
poteft, præfertim fi non in continenti fed poft temporis ali-
quod intervallum hoc peregerit, tunc enim exerit privatus,
quæ ad vindictam foli magiftratuui competentem pertinent.

Moderamen
inculpate
tutela.

§. XX. Ceflat quoque pœna in homicidio neceffario,
quando fcil. pro defenfione corporis & vitæ quis violentum ag-
grefforem, fi aliter fe tueri non poffit, interficit L. 3. de J. & J.
L. 2. C. ad L. Corn. de Sicar. debet vero hoc moderamen incul-
pate tutelæ in continenti inftitui non ex intervallo L. 3. §. 9. ff.
de vi & vi armat. quod explicatur in ipfo congressu, periculo
nondum fopito, durante fc. offenfione Germ. auf frifcher That,
vid. Conftit. Carolin. art. 142. nam ceffante offenfione ceffat de-
fenfio, funt enim correlata. Igitur qui aggrefforem fuum, quo
percuflus eft ante lapfum dimidiæ horæ poft defenfionem ex-
pectans defodit, iudicis abfentiam momentaneam allegare,
cujus intuitu hæc defenfio permiffa, vel iuftum fupplicium
mortis jure ftricto evitare nequit, quamvis non negemus,
propter dolorem & iram ex offenfione provenientem & ad-
huc durantem a Dd. jur. Crimin. pœnam extraordinariam re-
legationis potiffimum recte dictari Carpz. Pr. Crim. p. 1. qv. 31.
n. 7. & feqq.

De lethali-
tate vulne-
ris.

§. XXI. Homicidii reus eft vulnerans, fi vulneratus in
continenti absque intervallo longiore decedat, fic enim vul-
nus præfumatufuiffe lethale Brunn. Proc. Inquif. c. 7. §. 20. re-
ferunt vero hoc intervallum ad dies Criticos, quorum tamen
alii pauciores alii plures exprimunt, ut hinc iudicium hoc de le-
thalitate vulneris ex lapfu dierum mere præfumptivum fit
Carpz.

Carpz. *Pr. Crim. Qv. 26. n. 20.* quapropter si ex inspectione vulneris appareat, illud lethale esse, non attenditur, quamdiu post acceptum vulnus supervixerit Carpz. *d. l. n. 26.* add. Paul. Zachias *in Quest. med. legal. lib. 5. tit. 2.* Hoc quaeritur, an actio *An actioni* Legis Aquiliae detur, si liber homo in continenti perierit? Prae *L. Aquilia* valet sententia negativa, siquidem actio Legis Aquiliae ad *locus ob ho-* mni dati aestimationem recuperandam tendit §. 10. *Inst. de L. minenti occi-* Aquil. & L. 22. ff. *ead.* liberum autem corpus non recipit aesti- *sum?* mationem L. 3. ff. *si quadrup. paup. sec. dic.* Grot. de J. B. & P. *lib. 2. c. 17. §. 13.* quia non est in commercio, adeoque non potest dici deminurum patrimonium, quod alias contingeret, si diu decumberet & ita in curationem impensas faceret Bachov. *ad Treutl. V. 1. Disp. 18. lit. G.*

§. XXII. Restat ut agamus de processu tam Criminali *Persecutio* quam Civili. Ad processum Criminalem spectat persecutio *delinquentis* delinquentium die *Nacheyl der Maleficanen*, quae magistrati *fugitivi.* tui conceditur, si e vestigio post perpetratum in suis finibus delictum in vicini Territorium fugientem insecutus fuerit, eumque propter jus vicinitatis & actus indivisibilitatem ibi in continenti apprehendere licet, modo non semel persecutionem effugerit. Neque sic apprehensum Domino loci ad petitionem remittere tenetur, sed ipse in territorio suo, ubi persequendi factum est initium, quod solum hic attenditur, punire potest, nisi delinquens fugitivus, in continua ex nostra in alterius territorium persecutione captus, sit reus fractae Pacis Publicae seu hostis publicus, is enim magistratui loci ubi capitur, wo er niedergeworffen wird, sistendus est juxta *Rec. Imp. de anno 1559. §. 50.* nun in solcher Nach. Eyl 26. junct. §. *preced. 22. Myler. de Stat. Imp. c. 48. n. 10. seqq.*

§. XXIII. Ad veritatem eruendam, praerimis in crimi *Tortura non* nalibus, adhiberi solet Tortura, ad quam tamen iudex abs- *facile decar-* que urgentibus indicis properare non debet; ad huiusmodi *nenda.* vero indicia etiam refertur, si maleficium, quod quis alteri minatus est, revera in continenti vel brevi post subsecutum *Ratificatio* fuerit conf. Clafen. *ad art. 25. Const. Crim.* Quandoquidem *confessionis* vero nec simpliciter acquiescendum in confessione inquisiti, *criminis.*

neque mox sententiam ferre oportet iudicem; sed ratificatio eorum quæ in tormentis dicta fieri debet, & quidem non in continenti, sed post temporis aliquod intervallum, quod Imperator *art. 56. Const. Crim.* determinare voluit ex parte, ut scilicet ratificatio differatur post alterum vel etiam plures dies, prout tortura fuit gravis vel levis, homo tortus vel debilis vel robustus, rationem dat Rosb. *Proc. Crim. lib. 5, c. 32. n. 3.* quia per solum diem & noctem animus inquisiti adhuc est confusus & dicitur esse in cruciatu, nisi aliquo bono acquiescat spatium. Ad summum vero ultra tertium diem ratificatio non differenda vid. Carpzov. *Pr. Crim. gv. 126. n. 27.*

Mandatum
Principis in-
justum an
exequen-
dum?

§. XXIV. Executionem pœnarum quod attinet, iudici observandum, si Rex vel Princeps ex iracundia condemnaverit aliquem, vel in majorem pœnam condemnari jubeat, quam delictum exposcit, non statim ejusmodi mandato fulminatorio morem gerat, sed expectet vel secundam jussionem vel lapsum 30. dierum juxta *L. 20. C. de pœnis Gomez variar. res. sol. Tom. 3. c. 13. circa fin.* Cujus Constitutionis autorem Ambrosium fuisse occasione cædis Thessalonicensium a Theodosio perpetratæ tradit Menoch. *d. A. F. Q. cas. 334.* quem textum auro pingendum esse tradit Martin. *Laudensis Tract. de Con-*

Delinquen-
tibus tempus
ad
agendam
penitenti-
am.

st. Principis gv. 6. Delinquentes quoque licet convicti non debent in continenti ad supplicium rapi, sed tempus ipsis dandum, quo peccata sua agnoscere & serio detestari possint Carpz. *Pr. Crim. gv. 137. n. 35.* Quapropter *art. 79. Const. Crim.* provisum, triduo ante Executionem sententiam capitalem reo esse denunciandam. Differendam quoque esse Executionem fidei salvificæ & doctrinæ Christianæ ignari, donec de ea sit instructus, & ad Deum conversus tradit Oldekop. *Obs. Crim. Tit. 5. O. 20.* Si tamen reus damnatus penitentiam agere detrectet & convictus crimen confiteri nolit, ibi iudicio Dei committitur & sententia executioni datur nihilominus *art. 67. Ordin. Crim.* ibique Matth. Stephani. Ratione mulierum specialiter receptum, quod in continenti post partum pœna fustigationis non afficiatur mulier, ne partui scilicet alimenta naturalia subtrahantur Richt. *Dec. 7. n. 7.* Carpz. *Pr. Crim.*

Quid si pœ-
nitentiam
agere de-
rectent?
Mulier an
statim post
partum pu-
nienda?

Crim. qv. 137. n. 22. seqq. Poena capitalis vero illico potest infligi, nec donec vires receperit expectandum; sed infanti de obfetrice prospiciendum Richt. d. l. n. 7. & 8. Carpz. d. l. n. 27. ubi tamen in Saxonia contrarium observari testatur. Quaestiones vero 40. dies post partum differri solere tradit Gilhauf. *Arbor. judic. Crim. cap. 5. ramusc. 3. n. 40.*

§. XXV. Intuitu processus Civilis praeripimus iudicis *Partibus* officium est, ut non aperiat processum in continenti, sed ante *litigantibus* omnia postquam jura partium est indagatus, amicabilem ab initio compositionem tentet, sicuti hoc in R. J. noviss. de anno 1654 §. concordia no. sollicite inculcatum verb. Zweytens soll der Richter erster in-*suadenda* stantz die Partheyen in zweiffelhaftigen Sachen nicht allein vor angefangenen Rechtsstand und Litis contestation, sondern auch in quacunq; parte iudicii durch alle dienliche Mittel und Wege, auch schiedliche Erinnerung in Güte von einander zu setzen, und hiedurch alle weiltäuffrige Kostspaltige Rechtfertigung zu verhüten sich bestreiffen, jedoch ehe er die Güte den Partheyen vorschlägt, vorhero in der Sache sich wohl informiren. Praecipue vero in Camera Imp. litigantibus concordiam svadendam esse, cum ibi difficile sit sententias obtinere, & difficultus adhuc executionem, monet Andr. Knichen *de Saxon. non provoc. jur. ad voc. jus cap. 3. n. 37.* add. omnino Monzamb. *de Stat. Imp. Germ. c. 5. §. 20.* ubi elegantes in hanc rem adduxit rationes. Si partes ad concordiam commoveri non possint, cautela commendari solet Commissariis, ne continuis tractatibus incumbant, sed quandoque intervalla admittant, quo ad aliam mentem deveniant refractarii. Quamvis autem *Omissa com-* iudex peccet, qui compositionem amicabilem inter partes liti *positione a-* gantes omittit, & in exordio litis nullum ejus facit periculum, *micabilipro-* inde tamen Processus nullus non est, nec reus ab observatione *cessus non est* iudicii absolvendus Pruckman. *Vol. 1. Conf. 42. n. 1. & seqq. nullus.* Carpz. *P. x. c. 1. d. 10. in fin.*

§. XXVI. Actor antequam adeat iudicem, debet prius *Affori utile* Reum extra iudicium interpellare; utile enim hoc est ad recu- *est primum* perandas expensas factas in conductione Advocatorum & interpellare Procuratorum, & descriptione *reum.* Instrumentorum, conceptione *reum.* *sup-*

supplicationis, etiamsi debitor citatus solutionem offerat in continenti Christin. *Vol. 1. Dec. 262. n. 3.* Si tamen quis interpellatus sit, non statim constituetur in mora, sed tantum temporis spatium ipsi relinquendum, ut possit implere Brunn. *Proc. Civ. cap. 2. n. 2.* Convenitur vero reus in foro competente, quod etiam fundatur ratione contractus *L. 45. ff. de judic. c. fin. X. de foro compet.* sed hoc limitatur, nisi protinus inde quis sit discessurus Carpz. *2. resp. 30. n. 6. 7.* Struv. *Synt. J. C. Exerc. 9. th. 44.* Hinc pedibus iter faciens, vel equo transvehens locum, in quo contractus celebratus, licet ibidem prandium capiat vel coenat, eo in loco se defendere haud debet, quia advena in continenti de loco est discessurus, ut non immerito eodem privilegio quo alii Advena juxta *L. 19. §. 2. de judic.* gaudere debeat. Si vero inter contrahentes tacite actum videtur, ut ibidem conveniatur, tenetur se defendere, veluti si animo contrahendi ad civitatem accesserit, tunc enim non obstante quod in continenti inde sit discessurus, jus revocandi domum obtinere non potest Hiltrop. *in Proc. jud. P. 1. tit. 2. n. 40.* aliter enim potestas daretur sub hac specie res alienas domum auferendi, ut Julianus de Legatis, qui tempore legationis rem emerunt aut ex alia causa possidere coeperunt, respondit in *L. si legationis 25. L. cum furiosus 39. §. 1. ff. de judic.*

*An advena in foro contractus con-
veniri potest?*

Citatio est juris Nat.

An praesens citandus?

§. XXVII. Reus contra quem processus instituitur regulariter citandus, citatio enim respicit defensionem, adeoque est juris Nat. ut nec a Principe omitti possit Hillig. *ad Doyell. lib. 23. c. 2. lit. A. Gail. lib. 1. ohf. 48. n. 2.* & omnis actus judiciarius contra non citatum celebratus est nullus. Quid vero de praesente dicendum, an & ille citandus? Citatione non opus esse, si respondere in continenti velit, dubitandum non est, tunc enim pariter reputatur quam si citatus esset, & respondendo exceptioni omittae citationis tacite renunciassentur Mev. *P. 4. Dec. 282.* & alias citatio nulla convalidatur per comparitionem cit. Mev. *p. 2. dec. 48. n. 8.* Unde caveat sibi praesens in judicio, ne ad illam causam, ad quam notus citatus statim respondeat, semper enim hic ipsi parata exceptio, in causis sc. civilibus: ego ad hanc causam non sum ci-



tatus add. Brunn. *Proc. civ. c. 3. n. 25.* Sic quoque si iudex ter ^{Obterminum nimis} suum non plene deliberare, nec commodè comparere possit, ^{angustum} licitum est ei appellare Bald. *in L. 26. §. 2. Ex quib. caus. Maj. in datur appell. integr.* & potest quidem hoc casu gravatus in continenti appellare, quamvis de brevitate termini coram iudice non excepterit, nam brevitatis termini iniquitatem iudicis arguit, ut videatur actus nullus reddi Gilhauf. *arbor. iudic. civ. c. 6. p. 1. §. 71.*

§. XXVII. Antequam litem suscipiat Reus, operæ pretium est, ut attendat an non litem a se declinare vel in alium transferre possit, quo etiam spectat nominatio Autoris, quæ statim in iudicio fieri debet, quod limitare solent: nisi non ad declinationem iudicii, sed ut possit defensionibus Domini uti, Domino denunciaret, quod etiam forte post litem contestatam facere possit. Marant. *P. 6. Specul. m. 6. n. 2.* & Berlich. *P. 1. concl. 24. n. 125.* Sed ita confunditur nominatio Autoris cum denunciazione vid. Brunn. *ad L. 2. C. ubi in rem actio.* Si tamen dolose hanc exceptionem opposuerit reus, & nominatio falsa appareat, in pœnam mendacii in continenti possessione dejiciendus, reservata tamen proprietatis quæstione in iudicium reconventionis cit. *L. 2.* Reus quoque antequam litem contestetur inquirat, an non aliqua reconventionem actoris intentioni occurrere, & ita motæ actionis decisionem remorari possit, reconventionem enim si in continenti simul in eodem scripto quo litem contestatur proponit, causa hæc reconventionis non tantum prorogationis iudicis, modo qualitas causæ non repugnaverit, sed etiam effectum simultanei processus habet, quo tempore ut scilicet causa conventionis & reconventionis simul sit expedienda. Cum e contra si post litem contestatam hanc demum opponat, effectum simultanei processus non gaudeat, & hinc actio instituta non obstante reconventionem continuatur conf. Brunn. *Proc. Civ. c. 10. n. 11.*

§. XXIII. Quia vero Reus unam post aliam Exceptionem opponendo post litem protelare, ideo in nuperrimo Reces ^{exceptiones} suo de Anno 1654. §. ^{conjunctim} Es soll auch hinführo &c. optime sancitum opponenda?

K

tum, ut omnes exceptiones non tantum dilatoriæ primo termino in continenti, simul & conjunctim proferantur, & lis eventualiter contestetur, sed etiam additur cum litis contestatione etiam omnes exceptiones peremptorias opponi debere, his verbis: *Es soll der Beklagte kurz, nervose und deutlich, auch unterschiedlich und klar, ob und worin das factum anders, als vom Kläger vorbracht, und wie es sich eigentlich verhalte, specificire und auf jeden puncten &c. anzeigen, wie auch was er dabei dilatorie oder peremptorie einzubringen haben möchte, alles auf einmal bey Straff der præclusion einzubringen &c. conf.* Brunn. *Proc. civ. c. 16. n. 7. seqq.* Sunt autem quædam exceptiones, quæ ante litem contestatam proponi non tantum sed & probari possunt, ad hunc effectum, ut Reus litem contestari non teneatur, & ab actione penitus absolvatur, &

*Exceptiones
maxime privilegiatae.*

allegantur tres in *C. 1. de lit. contest. in 6.* scil. Rei judicaturæ, transactionis & jurisjurandi, quibus hodie in praxi reliquæ exceptiones peremptoriæ annumerantur, quæ in continenti liquidabiles & ipsam actionem plane tollunt Brunn. *Proc. Civ. c. 16. n. 5.* Verum hoc hic disquirendum, an illæ tres famosæ Exceptiones in eo cum reliquis peremptoriis convenient, ut non aliter in limine judicii admittantur, quam si in continenti probari possint? Affirmant hoc non pauci, *Mev. P. 3. Dec. 225. n. 4. Dn. Coch. Prax. judiciar. p. 4. c. 17. §. 4.* Sed contrarium verius videtur sc. illas exceptiones admitendas esse, etiamsi non sint in continenti probabiles, alias enim nihil singulare constituisset Pontifex in *c. 1. de lit. cont. in 6.* Brunn. *Pr. Civ. c. 16. n. 5.*

*An post Lit.
Cont. periculum rei
transfertur
in possessorem?*

§. XXIX. Ad effectus litis contestationis referri solet, quod periculum rei transferat in possessorem, sed hoc intelligendum postquam possessor cognovit rem esse actoris aut hoc ex documentis scire potuit, nam alias lite mota possessor non tenetur in continenti rem suam deferere & ita eam relinquere indefensam *L. 40. ff. de petit. hered. Donell. L. 20. c. 5. lit. C. & lib. 19. c. 14. lit. N.* Post litis contestationem Actor hoc, quod ipsi a reo negatum probare debet *L. Actor, 23. C. de probat.*

bat. Caf. Argel. de Contradict. legit. qv. 113. n. 64. Liquidissima
vero est probatio adversarii Confessio Knichen. in Encycloped.
c. 2. n. 1. seqq. nisi fuerit erronea, error vero etiam sine proba-
tione erroris in continenti allegari potest Gabriel. de Confessis erronea re-
concl. 6. Revocari quoque potest post jam factam conclusio-
nem in causa, si per evidentiam facti & instrumentum relatum in
continenti error doceri possit Affl. et. dec. 44. n. 2. Mascard.
Conclus. 384. n. 6. Qualificata confessio seu annexam qualita-
tem habens non potest pro parte acceptari, pro parte repudi-
ari, ut ab Advocatis communiter fieri consuevit, Trentac.
Resol. 2. de confess. n. 19. Hartm. Pistor. p. 4. qv. 16. n. 1. Vide-
licet si qualitas illa in continenti fuerit adjecta, secus vero
si ex intervallo Klock. Conf. 39. n. 131. vol. 2. Hartm. Pistor. d. l.
n. 3. Circa errorem Notarii in instrumento commissum hic
quoque incidenter observandum, quod etiam eundem ratio-
ne eorum quæ spectant ad partes corrigere possit, si hoc faciat in
continenti, non autem ex intervallo Bart. in L. si librarius 92. ff. commissæ.
de R. J. Tiraqv. de retr. conv. §. 1. concl. 5. n. 3. Felin. in c. ex li-
teris 3. X. de fid. instrum. ubi dicit hoc esse communiter rece-
ptum. Si vero reperitur, quod Notarius correxerit erro-
rem, & dubitetur an sit factum in continenti vel ex intervallo,
tunc ad excludendam rem illicitam præsumitur, correctionem
fuisse factam in continenti Ruin. conf. 16. n. 2. vol. 5. quod autem
ex post facto Notarius non possit corrigere suum errorem,
communem esse opinionem dicit Alc. de præf. Reg. 3. præf.
13. n. 6.

§. XXX. Si per testes actor intentionem suam probare
velit, attendat reus, an non tale quid opponere possit testibus
quod ipsos plane inhabiles reddat, hoc enim si in continenti
probare possit, statim reprobantur Mascard. de probat. vol. 2.
Conclus. 694. n. 4. cum enim statim constare possit, quod testis
non sit recipiendus, quare admittatur? L. 1. ff. de Testib. Spe-
cul. lib. 1. p. 4. tit. de teste §. 1. n. 41. Secus vero se res habet, si
ejusmodi defectus in continenti non possunt probari, sed alti-
orem indaginem requirunt, tunc enim testes merito recipi-
untur, examinantur & ejusmodi exceptio contra personas

testium post publicatas attestaciones in tempus disputationis reservatur *text. in c. literas 13. vers. quod se non habeat X. de restit. spoliat.* Mascard. de probat. *Concl. 694. n. 1. & seqq.* & indubio testem esse admittendum, ne probatio pereat statuit cum cit. Brunn. in *Proc. Civ. c. 20. n. 35.*

Dejuramento testium.

§. XXXI. De substantia testimonii est juramentum, quod ut eo magis veritatis memores sint testes, ante depositionem præstandum, postea vero repetitione testium opus est Carpzov. *de Proc. Tit. 13. Art. 4. n. 81.* nisi in continenti post depositionem juraverint Mascard. *Concl. 1369. n. 11.* Gail. *lib. 1. Obs. 101. n. 9.* Potest vero testis dictum suum corrigere in continenti, non etiam ex intervallo *C. præsertim X. de testib. cog.* ibique Canif. & Dd. quoniam ita a producente ad correctionem inductus præsumitur Brunn. *ad L. 66. de judic. n. 5.* adeo ut testis ex intervallo se corrigens non solum tanquam falsarius puniri possit juxta Didac. Covarruv. *lib. 2. qv. 13. n. 8. vers. 3.* sed ejus etiam dictum prius posteriori ex intervallo secuto præferri debeat Mynf. *cent. 2. obs. 86. n. 4. & 5.* cum ex priori jus alteri fuerit quæsitum, quod ipsi invito auferri nequeat *L. 1. pr. ff. de Furtis Mev. p. 4. Dec. 114. n. 11.* In continenti vero plerique hoc loco ita intelligunt, ut id fiat antequam a iudice recedat, imo antequam cum parte collocutus sit, quod creditur asserenti sub fide juramenti præstici Farin. *qv. 66. n. 236.* Umm. *de Proc. disp. 16. n. 85.*

Examen Testium ad perpetuam memoriam.

§. XXXII. Interdum petitur testium Examen anomalum fieri ad perpetuam memoriam, quod reo quidem indistincte conceditur ante litem contestatam, etiam si nullam causam alleger, quia in ipsius potestate non est agere quando velit *c. 41. & cap. 43. X. de testib.* sed hæc ratio cessat, si actor offerat sese in continenti agere velle Farin. *qv. 76. n. 74.* Ruland. *de Commiss. lib. 1. c. 5. n. 10. & seqq.* Petendum vero hoc examen a iudice, qui futurus est actionis iudex competens, nisi periculum sit in mora & iudex competens tam cito reperiri non possit, tunc enim iudicem incompetentem adiri posse post alios tradit Mev. *p. 4. dec. 160.*

§. XXXIII. Sæpius aliis probationibus destituitur Actor, aut

aut citius lite se extricare desiderat, quo casu juramenti delatione sibi consulere potest, quod juramentum judiciale dicitur, cum pars parti in judicio hoc deferat & ita eventum litis alterius conscientie committat, unde Germ. Phrasis: Die Klage dem andern ins Gewissen schieben. Deferens vero hoc juramentum litis decisorium, si in continenti non susceptum sit, illud potest revocare & ad probationes ordinarias configere, siquidem hoc juramentum instar transactionis se habet *L. 2. ff. de jurejur.* ante acceptationem vero vel relationem ab altero factam transactio dici non potest *add. L. 1. §. ult. d. 1.* Hinc consultum est reo, si juramentum in continenti susceperit, & deliberandi spatium postulet, ut de modo jurandi cogitet & negotii quo de agitur circumstantias spectet diligentius *conf. Carpz. P. 1. C. 12. def. 6.* Si enim acceptaverit vel retulerit juramentum, revocationi non erit locus *Carpz. d. l. def. 3.* tunc enim utriusque consensus concurrat, & per acceptationem alteri jus quaesitum, quod ipsi invito auferri nequit *Mev. P. 2. Dec. 93.* nisi deferens alterum pejeraturum in continenti docere possit. *Id. d. loc.*

§. XXXIV. De probatione quæ fit in continenti in genere observandum, quod admodum favorabilis illa sit præ illa, quæ ordinario modo fit in dilationibus & terminis judicii ordinarii *c. interposita 70. pr. X. de appellat. c. literas ad fin. X. de restit. spo. liat. Felin. in c. exceptionem n. 36. vers. cogitabam. X. de Except. paria siquidem habentur, quod quid sit probatum, & quod fit in continenti probandum perinde est ac si constaret de re conf. Abb. in c. suscitata de restit. in integr.* Hinc is qui novum opus nunciat quando vult repellere ædificantem paratum satisfacere, ut possit perseverare in ædificando, non poterit obtinere ut ædificans desistat, nisi offerat se in continenti probaturum jus suum, ut in *L. Prætor ait §. si paratus ff. de nov. oper. nunc.* Bart. & alii. *Præct. Pap. in Form. Libell. de nov. oper. nunc. gl. ante n. 3.* Pariter ad impediendam missionem in possessionem ex remedio *L. fin. C. de Edict. Div. Hadrian. toll.* non admittitur nisi legitimus contradictor, qualis dicitur is qui possidet, & qui se offert in continenti probaturum jus suum, alias enim non impediret missionem

A rejectione exceptionis appellatio. sionem conf. Menoch. *de Arbitr. Jud. Quæst. cas. 12. pr.* Sic quoque si iudex rejicit aliquam exceptionem & excipiens appellet, appellatio non justificatur ex eo, quod exceptio non fuerit admittenda, si tamen ante rejectionem excipiens obtulisset se probaturum in continenti exceptionem, appellatio tunc justificata intelligitur quoad devolutionem Lancelot. *de Auent. P. 2. c. 12.*

Statutum prohibens exceptiones. n. 39. Statutum etiam quod rejicit probationes vel exceptiones, non censetur prohibere eas quæ in continenti probari offeruntur, statutum enim intendit providere fraudibus, probatio vero in continenti facta a suspitione fraudis immunis est *Gloss. in c. suscitata X. de restit. in integr.*

Tempus probationis in continenti. §. XXXV. Infra quod vero temporis spatium quis in continenti probare dicatur, multum controversi solet. Nos arbitrio iudicis hoc definiendum putamus, quod tamen non debet transgredi metas temporis intra quod principale negotium causæ potuisset expediri Guid. Papæ *Dec. 232. n. 3. & seqq. Pract. Pap. in Form. Execut. sentent. in pr. n. 6.* ita tamen est arbitrarium, quod iudex ratione suadente possit statuere breviorum terminum, quam tempus contineat, in quo causa principalis potuisset expediri, non autem potest majorem assignare, quia non debet admittere eum qui vellet aliquid ultra montes probare ut dicit Felin. *in c. veniens X. de Testib. n. 19. in pr.* Joan. de A-

Probatio in continenti per instrumenta. mic. *conf. 63. n. 5* Præprimis autem in continenti quis probare, censetur, si instrumenta habeat in promptu, quod procedit si ipse in instrumentum sit nominatus & si instrumentum non requirit interpretationem & probationem aliam extrinsecam, unde in instrumentum non nominatum, ex illo executionem obtinere non posse, quamvis ex eo interesse prætendat tradit Marant. in

Per testes. *Spec. 3. Ad. n. 32* Sed quid dicendum de probatione per testes, an & hæc in continenti fieri censetur? Respondetur: cum non semper probatio per testes altiore indaginem requirat, utpote si testes sint omni exceptione majores & qui fidem indubitanter faciunt, si probant dilucide intuitu producentis, hoc casu nulla Lex aut ratio adversatur, quo minus admittendus sit is, qui testibus exceptionem suam probare vult intra illud tempus, quod executioni alias præfixum add. *Mev. P. 8. dec. 315. & Brunn.*

Brunn, *Proc. Civ. cap. 1. n. 54. seqq.* ubi etiam disquirat, an debitor suam probationem actoris conscientiae in casu, quo probatio in continenti requiritur, committere possit. Ceterum terminus probatorius in tantum praclusivus est, ut ne quidem termino praefinito elapso in continenti mora purgari vel testes & articuli offerri possint *Carpz. P. 1. Const. 16. def. 14.* ejus tamen prorogatio etiam ultimi termini momento petita, quin ex justis causis a iudice obtineri possit nullum est dubium *Math. Coler. P. 1. Dec. 121. n. 5. Andr. Gail. lib. 1. obs. 9. n. 2.* Interim ejusmodi terminum probatorium non statim a die sententiae, sed a tempore quo in iudicatum transit currere tradit *Carpz. dict. loc. def. 11.*

§ XXXVI. Finis Processus primae instantiae est Sententia, *Lapsus terminus probatorius* tamen ex abrupto & in continenti lata est nulla, praesumitur enim sic causa incognita lata *Vant. de nullis. sentent. ex def. 101. Proc. n. 30. Klock. Relat. Cam. 10. n. 22. & relat. 170.* ubi statuit *Sententia ex abrupto lata est nulla.* si iudici uno die Processus causae praesentaretur, altero die pronuntiaret sententiam, eam tanquam causa non cognita latam esse ipso jure nullam, cum juris praesumptione intra tam modicum tempus non potuerit merita causae trutinare, quod etiam in Principis sententia obtinere tradit *Mascard. de Probar. Vol. 1. Concl. 241. n. 9.* Sententiam quoque conditionatam non esse admittendam dicitur in *L. 1. §. biduum s. ff. quando appell. ubi tamen distinguendum est: An conditio in continenti impleri possit & ulteriori cognitione opus non habeat: An vero conditio tractum temporis & novam insuper cognitionem requirat. Prior sententia valet v. g. si purgaverit se juramento reus: si Actor copiam documenti sub lit. A. per originale confirmaverit. H. c. si juratum vel instrumentum originali confirmatum, nulla ulteriori cognitione & sententia opus, cum in sensu hoc incurrat: Posteriori casu e. g. si reus exceptionem transactionis probaverit: Hic etiam si probationem susceperit reus, quia tamen in arbitrio iudicis consistit, an sufficienter probatum sit vel non, adeoque nova sententia opus, prior pro definitiva haberi & sic valere non potest, cum alias ordo iudiciorum interverteretur* *Brunn. Proc. Civ. c. 27. n. 34. seqq.*

§ XXXVII. Contra gravamen per sententiam illarum re-

Appellatio
oralis quan-
do interpo-
nenda?

Executio
quando fa-
cienda?

remedium appellationis paratum est. Debet vero viva voce appellaturus in continenti appellationem interponere, ex intervallo enim hoc casu oppositam appellationem plane inutilem esse probat Gail. *lib. 1. Obs. 130. n. 5.* nisi consuetudine receptum, ut a definitiva ex intervallo viva etiam voce appellare liceat Mynf. *Cent. 3. obs. 15. n. 1. & 2.* In continenti vero appellare dicitur, donec iudex sederit pro tribunali, etiam si post sententiam sederit per magnam horam, secus si diverterit ad prandium vel ad alios actus H. Hartm. *Pr. obs. iii. 19. obs. 15. n. 1. & 2.*

§. XXXIIX. Denique circa executionem sententiarum distinguendum est, an aliquis ex actione reali an ex personali condemnatus. In realibus de Jure Civili sententia executioni statim mandatur, & reus in continenti & quamprimum citra frustrationem fieri potest, debet rem petitam restituere, aut pati ut sententia executioni demendatetur *L. qui restitueret 68. de R. V. §. 2. Inst. de offic. judic.* In personalibus vero sc. in causis pecuniariis jure civili hoc tempus est quatuor mensium a die latae sententiae, vel si provocatum a die reformatae vel confirmatae sententiae *L. 2. & ult. §. fin. C. de usur. Rei judic.* ibique Bart. Si vero species petitur actione personali e. g. res commodata, empta, non datur condemnatis hoc spatium, vel si ex maleficio quis conveniatur aut praestandae rei in continenti facultatem vel pecuniam paratam habeat *L. 31. ff. de Re jud. add. Brunn. Proc.*

civ. c. 29. n. 7. seqq.

T A N T U M



ULB Halle
004 767 101

3



VD18







V. 63. n. 19

769916
12

IO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
QVOD FIT
ONTINENTI,

Quam
RE MAGNIFICENTISSIMO,
MO PRINCIPE AC DOMINO,
ERICO WILHELMO,
RANDENBURGICO, ELECTORATUS
HEREDE, &c. &c.
O ET AUTORITATE INCLYTÆ
ULTATIS JURIDICÆ,
PRÆSIDE
ENRICO BODINO,
NTISS. ELECT. BRANDENB. CONSIL. EC-
GDEB. ET PROF. JURIS ORD. p. t. PRO-
GNIFICO, ET FACULT. JURID. DECANO,
NO SUO DEVENERANDO,

RO LICENTIA
RE HONORES ET PRIVILEGIA
oralia legitime consequendi,
ADCXCIX. horis ante & pomeridianis,
& Solenni disquisitioni submittit
ES CONRADUS CLAR,
Mindanus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
NI HENCKELII, Acad. Typogr. 1715.

